

LEHRHAN
C. H. KÜHN

Philosophie
Gesellschaft

POWELL

Nº A
3 - 440

17. a. 8.
6.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

17.a.8.
6.





R. 2575
PHILOSOPHIA
ARISTOTELICA

Commentarijs Doctorum

Societ: JESU illustrata

selectis

THESES

Proposita, expositaque

Per

JOANNEM SENFTLEBEN
e Societate J E S U

in Universitate Carolo-Ferdinandeae Pragensi

Super Philosophiae Professorem
Ordinarium ac publicum.

Tomulus primus.



PRAGÆ

ypis Universitatis Carolo - Ferdinandea in Coll. Soc. Jesu ad S. Clementem,
M. DC. LXXXV,


FACULTAS

R. P. Provincialis Societatis JESU
per Provinciam Bohemiam.

Cum Opusculum tripartitum (cui
Titulus: *Philosophia Aristotelica*,
Commentarijs D. D. Soc. JESU illustrata,
selectis Thesibus proposita, expositaque)
à Patre Joanne Senftleben Nostræ Societatis Sacerdote conscriptum, tres
Eiusdem Societatis Doctores fecognoverint, ac in lucem edi posse judicaverint:
potestate ab Adinodum Reverendo Patre Nostro Carolo de Noyelle
Præposito Generali ad id mihi datâ, facultatem concedo, ut typis mandetur;
in quorum fidem has literas manu meâ
subscriptas, & sigillo Officij mei munici-
tas dedi Kollumb ergæ 7. Augu sti, Anno
1684.

(L. S.)

BARTHOLOMÆU
CHRISTELIUS.



Philosophia Aristotelica
Commentarij Doctorum Societatis JESU illustrata
selectis quamtionibus proposita, expositaque
P. Joanne Senftleben Soc. JESU,

VIRGINI DEI PARÆ
IN MONTE SANCTO

AD PRZIBRAM
IN REGNO BOHEMIAE
miraculis Inclytæ:

REGINÆ POTENTISSIMÆ
ex subjectione debita
mancipium:

PATRONÆ
BENEFICENTISSIMÆ
ex innumeris gratijs
cliens:

M A T R I
PROVIDENTISSIMA
ex toto affectu
filius:

MAGISTRÆ
SAPIENTISSIMÆ
ex studijs omnibus
obligatus discipulus:

ex dono R. Petri de Cugia

PRODROMUS
ARISTOTELICUS

Seu
SUMMULARIA

eorum declaratio,

*Quæ ad universam Aristotelis Philosophiam, necessariò
sunt prænoscenda.*

Proœmium.

In intellectus humanus habet tres operandi Facultates; atque ideo totidem dicitur habere operationes. prima vocatur apprehensio; quæ intellectus, propositum sibi objectum, solummodo artipit, & apprehendit, nihilque de illo judicat; ut lapis, lignum, &c. Altera dicitur iudicium; quia intellectus de apprehenso prius objecto judicat, aliquid vel affirmando (v. g. *Lapis est aurum*) vel negando; ut *lignum non est aurum*. Tertia nuncupatur ratiocinum, seu Discursus; quia intellectus velocissimo quodam procurfu, ex notitia unius veritatis, inquit notitiam alterius conexæ. e. g. *Petrus est virtuosus; ergo est latitudabilis*.

In tercias igitur partes, tractatum præsentem dispescam. Parte ejus primâ expediam brevier, quæ de Terminis prænoscenda sunt; atque ad instruendam Apprehensionem spectant. Secundâ exponam ea, quæ de Propositione traduantur; & ad *Judicium* pertinent. Tertiâ complector, quæ *Argumentationem* edocent; atque operationem mentis tertiam, neampe *Discursum* perficiunt,

**†

PARS PRIMA.

De Terminis.

§. I.

Explicita usitatas Philosophis terminorum significationes.

Propositio apud Philosophos, est enunciatio, in qua aliquid affirmatur, aut negatur. brevissime P. Arriaga: est oratio judicativa.

Unaquælibet autem propositio tribus constat: *Subjecto*, de quo aliquid affirmatur, vel negatur; *Prædicato*, quod de aliquo affirmatur, vel negatur; & *copula*, quæ applicat prædicatum subjecto. *Subjectum* & *prædicatum*, dicuntur termini cuiusque propositionis.

Terminus etenim *Dialecticus*, juxta Aristotelem 1. prior. c. 1. est id: in quod ultimatè dissolvitur propositio; tanquam in id, quod de alio dicitur: idque, de quo illud dicitur. hoc est, ut explicant Interpretes: tanquam in *prædicatum*, & *subjectum*. brevissimè R.R. ita definiunt: *terminus est extremum propositionis*.

A

Alius

Alius est termin⁹ significativus; qui aliquid præter se ipsum significat. sic ista vox lignum, præter se ipsam, significat rem, quæ lignum est. Alius Non significativus; qui nihil præter se ipsum significat; ut Bl̄tri, &c. quia audiens hanc, similēque voces, in nullius rei notitiam venit: sed solam vocem prolatam cognoscit, neque enim ejusmodi voces, ad aliquid significandum, ab hominibus assumptæ sunt.

Terminus Categorematicus, sc̄ solo, sine adiuto, aliquid certi ac determinati significat; ut hircus, &c.

Synategorematicus (qui etiam dicitur significativus) non nisi alteri conjunctus, determinatè aliquid significat; ut aliquis, omnis, nullus, &c.

Mixtus, ab utroque aliquid participat; ut nemo: quia idem significat, ac nullus homo, &c.

Terminus prima intentionis (seu ut Cardinalis Toletus loquitur, prima impositionis) significat rem ex prima institutione hominum; ut equus, &c.

Terminus secunda intentionis, significat rem, prout illa habet quasi secundum esse, per operationem alicujus potentiarum, e.g. visivæ, intellectivæ, volitivæ, &c. ut vijsus, cognitus, voluntus, &c.

Termino-

Terminus concretus, significat aliquod compositum ex subiecto, quod denominationem accipit; & ex forma, quæ denominationem tribuit. sic ly albus, significat compositum ex pariete v. g. ut subiecto, & ex albedine ut forma.

Abstractus, significat vel solam formam, vel solum subiectum.

Finitus terminus, significationem finit, ac absolvit; ut vulpes, &c.

Infinitus, seu infinitans, est: cui præfigitur immediate particula non; ut non hircus: potest que de infinitis tebus dici; nempe de omnibus, quæ non sunt hircus. arque adeò, quia significationem non finit, infinitans appellatur.

Terminus Univocus est, qui convenit pluribus, in ratione per nomen significata omnino similibus. Ratio autem hic vocatur essentia; seu id, quod per definitionem explicatur. sic ly homo, est terminus univocus respectu Petri & Pauli, &c. quia in ratione per ly homo significata (essentia enim, seu definitio hominis, est animal rationale) omnino similes sunt.

Terminus Äquivocus dicitur de pluribus, in ratione illo vocabulo significata, penitus diversis. sic stella, & animal latrabile (quoad differentiam essentiale omnino dissimilia) significantur uno vocabulo æquivoco canis.

Terminus Analogus, unico vocabulo significat

sicut plura, in ratione à se significata, partim similia, partim dissimilia. sic ly *sabius*, significat & haustum salubrem, & hominem integrâ valetudine bene constitutum.

Terminus *Communis* significat plura, non discernendo inter illa; *Particularis*, unum: sed vagè ac indeterminatè; ut *aliquis homo*, &c.

Singularis verò unum determinatè significat; ut *Petrus*, &c.

Terrae complexus est, qui constat pluribus vocab. em significantibus, dum sunt sibi conjuncta: quod significant, dum sunt à se invicem separata; ut *hircus cornutus*, &c.

Incomplexus, seu *simplex*, cuius partes aliud significant conjunctæ, quam separatae; ut *Dominus*, *Erasmus*, *Coloniensis*, &c.

Termini excedentes, & *excessi* sunt: quorum alter de altero universaliter cum veritate nec affirmatur, nec negatur; ut *ly homo*, & *ly albus*, &c. quia nec omnis homo est albus: patet in *Aethiope*; nec omnis albus est homo: patet in *Cyngno*, &c.

Termini pertinentes sunt: qui vel se invicem interunt, ut *homo* & *animal rationale*: in quo coincidunt cum convertibilibus; vel se se mutuè negant, ut *homo* & *brutum*: in quo convenient cum repugnantibus.

Impertinentes verò sunt: qui nec se invicem negant,

negant, nec inferunt; ut *sapiens*, *Religiosus*, &c.

Denique *Termini transcendentes*, seu *transcendentibus* sunt: qui de omni realiter existente, aut possibili, possunt affirmari; siveque sex. *Res*, *Ens*, *Vnum*, *Bonum*, *Aliquid*, *Verum*; quorum initiales literæ consciunt barbaram vocem illam: *REVBAV*.

Superttranscendentales sunt, qui etiam de fidei, ac impossibilibus enunciari possunt; ut *ly conceptibilis*, &c.

§. II.

Declarat eos peculiariter *Terminos*, quibus potissimum varius propositionum sensus distingui conseruit.

Absolutè, & *comparatè*. *Absolutè* res aliqua sumitur universim sine restrictione, aut comparatione; sic *DEUS* absolutè est bonus. *Comparatè* si significat rem hoc, vel illo modo acceptam, aut cum alia comparatam. sic *pigmæus* est parvus absolutè; sed magnus comparatè respectu culicis.

Absolutè necessarium, & *necessarium ex hypothesi*. *Absolutè necessarium* est: quod spectatā rei naturā exigitur. sic aqua absolutè est frigida, &c. *Necessarium ex hypothesi*, quod spectatā rei naturā, posset se quidē aliter habere; ex aliquo tamen praesupposito, necessariō se ita habet.

bet. sic qui libere currit, supposito cursu, necessariò movertur, &c.

In actu primo, & in actu secundo. *Actus primus* sepe significat capacitatem & aptitudinem, ad recipiendam aliquam formam, vel quasi formam; sic Rhetor in actu primo est *Logicus*, &c. Si adsint omnes conditiones ad formam recipiendam prærequisitæ, dicitur *actus primus proximus*; si non adsint, dicitur *actus primus remotus*. sic *Logicus* in actu primo remoto est *Juris utriusque Doctor*. *Actus secundus* significat denominationem, quam subjectum habet actu ab aliqua forma, vel quasi forma præsente.

In actu exercito, & in actu signato. *In actu exercito*, seu *implicitè* fit, quando opus sine reflexa intentione exercetur; sic qui peccat mortaliter, in actu exercito vult damnari. *In actu signato, & reflexè* fit, quando expiessa intentio antecedit opus.

Adequate, & inadquate. *Adequate* idem est quod totaliter: *Inadquate*, idem quod partialiter.

Collectivè, & distributivè. *Collectivè* accipiunt numerus, quando secundum omnia simul collecta accipitur. *Distributivè*, quando omnes singillatim, ac seorsim considerantur. sic omnes Apostoli *collectivè*, non autem *distributivè*, sunt duodecim.

In sensu composito, & diviso. *In sensu composito* convenit denominatio, quæ habetur à forma, præsente alterutri ex conjunctis. sic mendicus, & Cæsar, sunt divites in sensu composito. *In sensu diviso*, mendicus non dicitur dives; si nimis separatus sit ab eo, qui dives est.

Directè, & indirectè. *Directè intenditur*, quod primatiō, per se, & ratione sui spectatur: *indirectè*, quod secundariō, per accidens, & ratione alterius, cum quo est connexum, intenditur. sic qui accedit candelam ut videat, directè vult lucem; indirectè calorem cum ea luce connexum.

Directè, & reflexè. *Directè cognoscitur*, quod cognoscitur independenter à cognitione secunda: *reflexè*, quod dependenter à cognitione alia superveniente cognoscitur.

Formaliter, & fundamentaliter. *Formaliter* dicimus, quando sensus est, ipsam rei formam adesse: *fundamentaliter* significat, non quidem adhuc adesse formam; adesse tamen fundamentum, & quasi radicem ejusmodi formæ. Unde etiam ly *formaliter*, & ly *radicaliter*, hac significatione sibi opponuntur.

Formaliter, & identicè. *Formaliter* hic dicitur, quando prædicatum, & subjectum, habent eundem conceptum essentiale. *Identicè* convenient, quæ realiter idem sunt: essen-

tialem tamen conceptum habent diversum, sic animal est identice rationale; non autem formaliter.

Formaliter, & materialiter. Formaliter sumitur, quando prædicatum convenit subjecto, propter aliquam formam expressè significatam eo vocabulo subjecti. sic rationale formaliter, ut rationale, in quantum rationale, &c. est principium discurrendi. Materialiter res sumitur, quando prædicatum convenit subjecto ex qua cunque alia ratione, eo vocabulo subjecti non expressa. sic Logicus materialiter est Musicus; quia non propriè rationem Logici convenit illi prædicatum Musici; sed ex alia ratione. & sic materialiter idem est ac specificativè, qui talis, &c. Formaliter idem est ac reduplicativè, quæ talis, &c. Materialiter etiam vox sumitur pro sono his vel illis syllabis composito; formaliter piorē, ad quam significandam ab hominibus est instituta.

Formaliter, & virtualiter. Formaliter hic dicitur esse tale, quod revera in actu secundo habet hanc formam, quæ prædicatur de subjecto. Virtualiter, quod est aptum habere formam illam, quæ prædicatur. sic triticum virtualiter est panis, non formaliter. Sepa etiam formaliter idem est quod explicitè, expressè, &

sè, & distinctè: virtualiter idem quod implicitè, ac equivalenter. sic a. ducati, sunt virtualiter, aut equivalenter 6. floreni.

Formaliter continetur effectus, qui verè sic continetur, sicut voce significatur. Eminentius continetur effectus, qui perfectiore, ac præstantiore modo est in causa. sic homo formaliter est discursivus: Angelus eminentius.

Intrinsicè idem significat, quod essentia, ex natura, aut essentia sua requisitum. Extrinsicè dicitur idem, quod ab extrinseco advenieos. sic homo intrinsicè est rationalis; extrinsicè visus, cognitus, &c.

Aliqua sunt intrinseca per unionem; ut albedo parieta. Aliqua intrinseca per identitatem; ut hincibile equo. Utrique opponitur ly ex-trinsicè in diversa significatione.

Moraliter certum est, quod communiter in his circumstantijs evenire solet. Moraliter etiam idem est, quod ita se habet prudentum aestimatione. Physicè certum est, quod constat per sensus externos. Metaphysicè certum est, quod evidens est, intellectu rei essentia.

Per se, & per accidens. Per se convenit, quod non ex accidentario eventu, sed ex intrinseca ratione convenit. Per accidens convenit, quod contingenter, & non necessariò reperitur in subjecto. sic homo per accidens est piator. Per se etiam idem est, ac propter se, directè, &

ex professo. per accidens idem est, quod propter aliud, vel indirecte.

Positivè, & negativè. *Positivè* dicitur tale, quod denominatur à forma, quam verè actu habet. *Negativè* talis dicitur, qui illam formam quidem non habet, sed eam non excludit, nec ejus contrariam habet. sic infans dicitur probus negative. *Deinde in comparationibus positivè excedit*, qui in eo genere nec patet, nec superiorē habet. *Negativè*, qui patet habet, sed non habet superiorē. sic plures dicuntur *Optimi, Dactissimi, negativè, &c.*

Realiter, & ratione nostra. *Realiter* habet e. g. homo, quod ei convenit à parte rei, secundum se, independenter à potentia, vel cognoscitiya, vel appetitiva, &c. *Ratione nostra*, significat denominationem aliquam rebus cōvenire à nostro modo concipiendi. *Realiter distinguuntur*, quæ à parte rei habent entitates à se distinctas. *Ratione nostrâ*, quæ à parte rei idem sunt: attamen diversis conceptibus representantur. sic *animal* distinguitur ratione nostra à *rationali*.

Reduplicativè, & specificativè. Voces reduplicantes sunt: *quatenus, quâ tale, &c.* quia per eas, reduplicando, & repetendo vocabulum; indicatur ratio, propter quam prædicatum subiecto convenit.

Specificativè convenit prædicatum, quod materia-

materialiter subiecto convenit, ob quamcumque formam in illo repettam, sic *rationale, quâ tale*, et *discursivum*: *animal* vero tantum materialiter, & *specificativè* dicitur *discursivum*.

In recto, & in obliquo. adhibetur hæc distinctione quoad entia potissimum respectiva: ubi illud, à quo procedit respectus, dicitur *poni in recto*; illud, ad quod tendit respectus, seu quod respicitur, ponit dicitur *in obliquo*. *Vsurpatum* etiam inter duo connexa, ubi quod *præstantius* est, & *primariò attingitur*, dicitur *attungi in recto*; illud, quod *secundario, mediato, &c. indirecte* attingitur, *attungi dicitur in obliquo*.

Simpliciter, & secundum quid. *Simpliciter* idem est, quod totaliter, abolutè, in tota latitudine significationis, &c. *Secundum quid* est tale, quod non nisi cum restrictione tale est.

Vt quò, & ut quod. *Vt quò* convenit rationibus formalibus, per quas, vel quibus quasi intermedij, aliquid aut producitur, aut componitur, aut repræsentatur. *Vt quod* significat illud ipsum, quod intermedia tali ratione formalis denominatur aut *producens*, aut *productum*: aut *componens*, aut *compositum*: aut *repræsentans*, aut *repræsentatum*. &c.

Vt sic, & in particulari. *Ily ut sic* idem est, ac in communī, vel in genere: aliquando reduplicat significationem priorem, rei in ijsdem.

circumstantijs acceptæ. ly in particulari, ali quando speciem, aliquando individuum denotat.

§. III.

Enumerat Terminorum proprietates.

Iuxta aliquos 6. sunt Terminorum proprietates: *Suppositio*, *Ampliatio*, *Restrictio*, *Alienatio*, *Diminutio*, & *Appellatio*. Iuxta alios sunt 8. quia enumeratis addunt *Statum*, & *Ascensum cum Descensu suo*.

Suppositio Dialectica, est positio nominis loco rei, quam significat.

Suppositio Materialis, est acceptio vocis pro syllabis, aut literis, ex quibus coalescit; *Formalis*, est positio vocis pro objecto, ad quod significandum est assumpta. *Alia est Communis*; & est positio nominis pro significato, quod convenit pluribus; ut *animal*, &c. *Alia Singularis*; quæ supponitur pro uno determinato, certoque individuo; ut *Petrus*, &c.

Suppositio Communis alia est *Copulativa*; & est acceptio termini universalis pro omnibus collectis; sic Apostoli sunt **Iz.** *Distributiva* est acceptio pro singulis scorsim ac divisim; sic Apostoli sunt *Sacerdotes*.

Suppositio Distributiva, alia est *Absoluta*: quando accipitur nomen pro omnibus significatis, sine ulla exceptione; ut *omnis homo est animal*.

Alia

Alia est Accomoda: quando accipitur nomen pro pluribus significatis, sed cum aliqua exceptione; sic *famelicus comedit omnia*, quæ apponuntur, præter scutellas, &c.

Ex tribus porissimum advertitur, in qua Suppositione termini accipiuntur. 1.^o si apponatur alicui termino signum universale: *omnis*, *nulus*, &c. aut particulare; ut *aliquis*, &c. 2.^o quando propositio est in *materia contingente*; hoc est: quando prædicatum de subjecto non verificatur necessariò, tunc illa propositio æquivaleret particulari; e. g. ista: *Logicus est Musicus*; æquivaleret illi particulari: *aliquis Logicus est Musicus*. Quando propositio est in materia *necessaria*, hoc est: quando prædicatum necessariò verificatur de subjecto; tunc æquivaleret universalis, sic ista: *homo est rationalis*; æquivaleret illi: *omnis homo est rationalis*. 3.^o *subjectum pariter ac prædicatum* accipitur distributivè, si subjecto communi adjungatur signum negativum universale. e. g. *nullus Logicus est hircus*; idem sonat, ac: *neque iste, neque ille Logicus est hircus*.

Sed quando prædicatum dicitur affirmari de subjecto non supponente? Resp: tunc, quando præsupponitur aliquid convenire subjecto, quod ei revera non convenit. sunt enim aliqua prædicta, quæ de subjecto dici non possunt, nisi subjectum e. g. existat; & talia præ-

dicata sunt omnia accidentia: quia accidens est entis ens. unde qui affirmat aliquod accidentale praedicatum de subjecto; semper implicite, & aequivalenter, affirmat subjectum existere.

Ascensus est, quando à particularibus enumeratis, ascenditur ad universalem terminum; *Descensus*, quando ab universaliter termino descenditur ad particularia, sub illo contenta.

Status est acceptio termini, pro illo tempore, quod per copulam significatur. sic e. g. dum dico: *Petrus est albus*; ly est significat tempus praesens.

Ampliatio est extensio à strictiore significacione ad ampliorem; *Restrictio* est contractio à significacione ampliori ad strictiorem. ut homo Logicus disputat; ly homo restringitur, & coarctatur ad eum, qui studet Logicæ.

Diminutio est additio alicujus dictiōnis, per quam terminus absolutè suppositus, accipit secundum quid. sic *Ethiops est albus secundum dentes*; ubi ly albus limitatur per additum secundum dentes; nē significet totum subjectum esse album.

Alienatio est acceptio termini, pro significato improprio; e. g. *ignis pictus*. ly ignis alienatur à propria significacione per ly pictus.

Appellatio est adjunctio alicujus termini ad alterum; ita ut adjunctus faciat priori convenire.

venire novam denominationem; e. g. *Logicus diligens* est laudandus. ly diligens appellat, seu facit Logico convenire denominationem praedicati: laudandus.

Sifaciat denominationem cadere supra formam, dicitur *Appellatio Formalis*; si supra subjectum, seu materiam, dicitur *Appellatio Materialis*; e. g. *Logicus diligens est Musicus*; materialiter, & specificative accipit *Logicus diligens*, quando denominatur *Musicus*.



PARS II.

De propositionibus, seu iudicijs intellectualibus.

§. I.

Definit, & dividit propositionem.

Aristoteles primo prior. c. t. propositionem sic definit: *Est oratio alicujus de aliquo affirmativa, vel negativa*: ultima pars simul dividit propositionem in primarias ejus species.

Propositio affirmativa est, cuius copula principalis affirmatur, seu praedicatum subjecto admovet. *Propositio negativa* est, cuius copula principali-

la principalis negatur; seu quæ prædicatum à subjecto removet. Vocatur autem *copula principalis*, quæ præcipuum sensum efficit; unde licet prædicatum, vel subjectum, præfixâ particulâ non sit negativum; si tamen copula *principia* affirmetur, *propositio* dicitur affirmativa; e. g. *non Logicus est non doctus*.

Propositio simplex, constat uno subjecto, & prædicato simplici, ac incompósito; seu enunciat unum de uno; ut *Logicus est diligens*.

Composita propositio est, quæ constat pluribus propositionibus, aliquâ particulâ inter se connexis.

Categorica est, quæ aliquid sive ulla præsuppositione enunciat; e. g. *Logicus est laudabilis*.

Hypothetica, seu *conditionalis* est, quæ aliquid enunciat, dependenter ab aliquo præsupposito; e. g. *si Logicus est diligens, est laudabilis*.

Absoluta, simpliciter prædicatum de subjecto enunciat; ut *Petrus studet*.

Modalis insuper addit modum, quo prædicatum convenient subjecto; ut *DEVS necessario existit*.

Causalis exponit causam enunciationis; ut *quia ortus est Sol, ideo dies est*.

Composita per particulam &c., &c. dicitur *copulativa*: per particulam vel, &c., *disjunctiva*.

Pro-

Propositio reduplicativa est, in qua copulatur prædicatum subjecto, particula reduplicante affecto. Particulæ reduplicantes sunt: *ly in quantum, quæ talis, &c.* *Exclusiva* vero, in qua prædicatum, particulâ limitante affectum, subjecto adjungitur, particulæ limitantes sunt: *ly tanquam, solum, &c.* Ubi

Observa primò: in propositione causalit principaliiter affirmari, aut negari causam; in *modali*, modum; in *conditionali*, connexionem cum præsupposita conditione, &c. ergo ut veræ sint, non sufficit, quod simpliciter objectū ita se habeat, sicut *propositio* enunciat: sed primariò requiritur, ut *causalis, connexionis, modus*, aut *dependentia* à conditione, talis sit, qualis affirmatur, aut negatur. *Ratio est*: quia veritas est omnimoda conformitas actus, seu propositionis cum objecto.

Observa secundò: in propositionibus reduplicatibus, particula reduplicativa, *in quantum, quatenus, &c.* multipliciter accipi potest. *primò*: ut denotet extrellum reduplicatum, esse rationem formalem, cur prædicatum convenient subjecto. ita accipitur in hac propositione: *Musicus in quantum Musicus, cantat*. *secundò*: ut denotet extrellum reduplicatum esse radicem, unde pullulat prædicatum: e. g. *Musicus in quantum Musicus, delectat*. *tertiò* reduplicat conditionem; e. g. *ignis quatenus est ap-*

est approximatus, calefacit. quare denotat in subiecto illam partem, quæ formaliter recipit prædicatum; e. g. *homo est corporeus, est coloratus.*

Observa tertio: in reduplicativis, & exclusivis propositionibus, prædicatum debet *absolutè* verificari de subiecto. hoc est: remoto signo tam reduplicativo, quam exclusivo, propositione absoluta (quæ dicitur præjacens) debet esse vera. e. g. ut sit vera hæc propositio: *Musicus in quantum Musicus cantat;* debet esse vera hæc absoluta: *Musicus cantat.* ut ista sit vera: *tantum Petrus est Logicus;* debet esse vera hæc: *Petrus est Logicus.*

§. II.

Exponit illam questionem vulgarem: quæ qualis? quanta? sit propositio?

Interrogantur sæpe Dialetici de hac illece propositione: *qua, qualis, quanta?* per ly *qua?* interrogantur de quidditate, aut essentia propositionis. per ly *qualis?* queritur de qualitate. per ly *quanta?* de quantitate. ad hoc *sciendum est primò:* quod connexio prædicati, & subiecti, aliquando sit *necessaria metaphysicè,* ex ipsa essentia rei: aliquando *physicè,* ex connaturali exigentia: aliquando *moraliter,* ex communī prudentum sensu.

Ali-

Aliquando connexio est contingens; quia sic convenit prædicatum subiecto, ut non necessariō insit, sed posset absēre à subiecto.

Aliquando impossibile est prædicatum verificari de subiecto, e. g. Logicus est hircus.

Juxta hunc triplicem modum connexiovis; triplex dicitur esse materia propositionis. nempe: *materia necessaria, contingens, & impossibilis.*

- Scindum secundò: formam propositionis esse verbum copulans; quia per copulam determinatur propositio ad certam speciem propositionis, vel affirmative, vel negative; vel absolute, vel hypothetica, &c. Atqui illud, quod determinat ad certam speciem, est forma; ergo, &c.

Sciendum tertio: quod propositionis *qualitas,* sit ejusdem *veritas, vel falsitas.* quia proprietas, seu proximum accidens, quod consequitur essentiā, dicitur *hic qualitas;* atqui *veritas* aut *falsitas* proximè sequitur ad affirmationem, vel negationem; ergo, &c.

Sciendum quartò: *quantitas propositionis est extensio, vel limitatio principalis subiecti (de quo præcipue sit prædicatio)* ut plura vel pauca significet. *Quantitas universalis est,* quando apponitur subiecto signum universalē: *omnis, nullus, &c.* *particularis,* quando subiectum notatur signo particulari; ut *quisdam, aliquis.*

Scienc-

Sciendum quintò : quantitas indefinita est, quando subjecto nullum tale signum adjungitur ; attamen si indefinita propositio, sit in materia necessaria, æquivalat universalī : si vero in materia contingente sit, tunc æquivalat particulari.

Dicendum ergo est : an propositio sit in materia necessaria ; an in contingente ; an in impossibili ; deinde : an sit affirmativa , an negativa ; & sic satisfacies quærenti qua?

Dicendum secundò : an propositio sit vera, an falsa : & sic satisfacies quærenti , qualis?

Dicendum tertio : an propositio sit universalis , an particularis ; & sic satisfacies quærenti , quanta sit propositio ? in exemplo , quærenti : Logici sunt hirci ; qua , qualis , quanta ? Resp: esse affirmativam , in materia impossibili : falsam : universalēm.

§. III.

Decidit , quid. & quotuplex , sit propositionum oppositio.

Rigorosa propositionum oppositio, est : affirmatio , & negatio ejusdem prædicati de eodem subjecto, est Aristotelis sensus 1.º Periherm: c. 4. ubi addit : non equivocè accepto. D.Th: interpretatur : de eodem subjecto , secundūm eandem formalitatem , secundūm eadem circumstantias loci , & temporis, accepto.

Oppo.

Oppositio contradictoria est, quando una propositio præcisè tantum enunciatur , quantum sufficit ad oppositam falsificandam.

Contraria, quando inter duas oppositas, una plus enunciatur , quam sufficiat ad alteram falsificandam. Subcontraria est , quando una solummodo ex parte prædicati idem affirmat, quod altera ex parte prædicati negat; subjectū autem in utraque propositione est diversum. Subalterna est inter 2. propositiones , quarum una est universalis , altera particularis, sub illa universalī contenta, est itaque propositio subalterna, tantūm ratione quantitatis, universalī opposita.

Objicies : juxta Aristotelem ista sunt contradictoria : omnis homo currit , aliquis homo non currit ; atqui hic non est idem subjectum in affirmativa , quod est in negativa propositione; ergo, &c. Min. prob: omnis homo , & aliquis homo , non sunt idem ; ergo, &c. R. N. Mis ad prob: Dicit; A. omnis homo , & aliquis homo , non sunt idem ; quoad signum universale , & syncategorema C. A. non sunt idem quoad subjectum N. A. & N. C. Subjectum est homo ; signa subjecti sunt omnis & aliquis ; significant enim propositionis quantitatem. porrò nec Aristoteles Stagirita , nec Aristoteles Aquinas, ad contradictoria requirit eandem propositionis quantitatem. Ratio est : quia juxta

juxta utrumque una propositio contradictria, non debet plus enunciare, quam sufficiat ad alteram falsificandam. Atqui si & negativa, & affirmativa deberet esse universalis, illud non observaretur; ergo, &c.

Quares: cur requiratur ad contradictorias propositiones, ut altera præcisè tantum neget, quantum sufficit ad falsificandam affirmativam? Resp: quia inter duas contradictorias non datur medium, juxta communem Axioma Philosophicum, fundatum in eo principio: *Implicat idem simul esse, & non esse.* Atqui hoc Axioma esset fallum, nisi præcisè tantum negaretur, quantum sufficit ad falsificandam affirmativam; ergo, &c.

Sed unde hoc cognoscitur, quod una præcisè tantum neget, quantum sufficit ad oppositam falsificandam? Resp: si inter duas, negativam unam, & alteram affirmativam, nihil medium enunciari possit. sic istæ non sunt contradictoriae: *omnis homo est Musicus, Petrus non est Musicus.* quia mediat hæc negatio: *aliquis homo non est Musicus.* neque enim, ut propositio universalis falsificetur, opus est: ut negativa significet determinatè, nominando hominem illum, qui non est Musicus; an sit Petrus, an Paulus, &c.

§. IV.

§. V.

Ostendit que propositiones oppositæ possint esse simul vera? qua falsa?

Contradictriae non possunt esse simul veræ. prob: quia inter contradictorias una est affirmativa, quæ dicit objectum *esse*; ergo ut esset vera, deberet objectum esse. Altera est negativa, quæ enunciat objectum *non esse*; ergo ut esset vera, deberet objectum *non esse*. Ergo idem objectum deberet simul *esse*, & *non esse*, quod est impossibile.

Nec amba contradictoria possunt esse simul falsa. prob: quia affirmativa dicit objectum *esse*; ergo ut esset falsa, deberet objectum *non esse*. negativa vero dicit objectum *non esse*; ergo ut esset falsa, deberet objectum *esse*; ergo rursus deberet objectum *simul esse, & non esse*; quod implicat.

Contraria duæ non possunt simpliciter esse simul vera. prob: quia veritas duarum contrariarum, includit veritatem duarum contradictoriarum; atqui duæ contradictoriae, non possunt esse simul veræ, ut ostensum est; ergo, &c. Maj. prob. Veritas universalis includit veritatem particularē; ergo veritas alterius contrarie, includit veritatē alteri⁹ contradictoriæ.

Dua contraria, in materia contingenti, possunt simul esse falsæ. prob: utraque potest esse difformis suo objecto; ergo utraque potest

rest esse falsa. Ant. prob. ponamus quod unicus homo scribat; tunc illa erit difformis objecto, quae dicit: *omnis homo scribit*.

Sed etiam objecto difformis erit altera, quae dicit: *nullus homo scribit*; ergo utraque ex contrariis potest esse difformis suo objecto; ergo utraque potest esse falsa.

Subcontrariae possunt simul esse verae, quia in subcontrariis prædicatum affirmatur de uno subjecto, & negatur de alio; ergo veritati duarum subcontrariarum nihil repugnat.

Objicies. Cibimara distat à me, cibimara non distat à me, sunt contradictoria; sed hæc simul sunt falsa; ergo. Resp: N. Min. ratio; quia hæc, quæ dicit: *cibimara non distat à me*, est virtualiter copulativa; ergo sic debet resolvi: *cibimara est existens*, & *est in loco mihi vicino*; ergo est affirmativa; ergo non est alteri contradictionis: quia inter contradictiones propositiones, una debet esse negativa.

Irgebis: dico esse frigidum, dico non esse frigidum; sunt propositiones contradictiones; ut qui hæc possunt esse simul falsæ; si videlicet nihil horum dicam; ergo, &c. R. N. Min. quia utraque harum propositionum est affirmativa, si resolvantur: *ego sum dicens esse frigidum*, *ego sum dicens non esse frigidum*. principalis enim copula est *ly sum*; atqui illa affirmatur; ergo propositionis altera etiam est affirmativa. Unde

in similibus propositionibus, ut efficiat contradictionia, debet negatio afficer verbū *similiter*, à quo determinatur propositionis ad affirmationem, vel negationem. sic ergo efficiat contradictionia: *dico esse frigidum*, *non dico esse frigidum*, sed alterutram erit falsa, altera erit vera; ergo, &c.

§. V.

Observat quedam specialia, circa oppositionem compositarum, & modalium propositionum.

Observa primò. connectuntur quandoque plures simplices propositiones in unam compositam, per particulam *si*, & vocatur *conditionalis*; aliquando per particulam *quia*, & vocatur *causalis*; nonnunquam fit connexionis per particulias: *ergo*, *igitur*, &c. & vocatur *rationalis*.

Observa secundo. ut similius propositionum veritas deprehendatur, attendendum est ad connexionem, per particulias *five conditionales*, *five causales*, *five rationales* significatas.

Unde licet utraque simplex esset vera; si tamen una non dependeret ab altera, uti particula vel *conditionalis*, vel *causalis*, vel *rationalis* denotat: tunc hypothetica, seu composita,

erit falsa. in exemplo: verum est, quod Pragæ sit hiems: etiam verum est quod Turcæ portent frameas; causalis tamen falsa est, quæ dicit: ideo Praga est hiems; quia Turca portant frameas. Ratio est: quia ejusmodi particulae connectentes, sunt copulæ principales; ergo nisi illæ verificantur, propositiones compositæ non possunt dici veræ.

Observa tertio. ut propositio composita una, fiat contradictoria alteri; ponendum est ly non, ante particulas connectentes: si, quia, &c.

Ratio est: quia aliæ non negabitur præcisè tantum, quantum sufficit ad affirmativam falsificandam. Pariter in copulativis neganda est conjunctio &c. item in disjunctivis particula vel, &c. Imò quotiescumque implicitè prædicatur existentia subjecti, illa propositio æquivalet copulativæ: id est que resolvenda est; & tum neganda illius conjunctio. e. g. huic: hircus est niger; sic contradices: hircus vel non est existens; vel non est niger. quia aliæ plus negabitur, quam sufficiat ad affirmativam falsificandam.

Observa quartò. quatuor sunt modi propositionum, quibus exprimitur connexio prædicati cum subjecto. necessarium, impossibile; contingens seu possibile, & possibile non. primi duo modi redigunt propositionem ad materiam

riam necessariam; postremi ad contingentem. sic hominem esse animal, est necessarium: hominem esse hircum, est impossibile. Contingentes vero sunt: hominem esse Logicum; hominem non esse Logicum, unde necesse & impossibile, sunt modi universales; quia ly necesse, æquivalet signo universalis omnis: ly impossibile, æquivalet signo universalis nullus. possibile vero, & possibile non; sunt modi particulares; quia possibile, idem valet ac aliquid: possibile non, valet idem ac aliquid non; juxta Aristotelem Metricum:

Omne, necesse valet. valet impossibile, nullus. Possibile, quidam. quidam non, possibile non.

Observa quintò. ex Fonseca, & Hurtado: nonnunquam modi citati significant quantitatem temporis ac loci. & sic necesse, valet idem ac semper, & ubique. impossibile idem, ac nunquam, & nullib. possibile valet idem, ac aliquando, & alicubi; possibile non, idem ac aliquando non, & alicubi non. Ut autem fiat contradictoria, negandus est modus ejus propositionis, quæ modalis dicitur.

§. VI.

Agit de propositionum Äquipollentia.

Secunda propositionum proprietas est Äquipollentia; quæ est duarum propositionum æ-

quivalentia, ita communiter Philosophi omnes,

Oppositarum æquivalentia, provenit à particula non: quæ si præponatur signo universali, aut particulari alicujus propositionis; facit eam æquivalere propositioni, quæ priùs fuerat affirmativæ *contradicitoria*, e. g. si ly non, præfigatur signo universali subjecti: non *omnis Logicus studet*; æqualebit huic: *aliquis Logicus non studet*; quæ fuerat *contradicitoria* illius affirmativæ: *omnis Logicus studet*. Si particula non, postponatur signo universali, aut particulari; tunc propositione æqualebit illi, quæ priùs fuerat *cōtraria* affirmativæ, e.g. si dicam: *omnis Logicus non studet*; æqualebit huic: *nullus Logicus studet*. Si particula non, & præponatur, & postponatur signo universali, vel particulari; efficiet propositionem æquivalentem ei, quæ priùs fuerat *subalterna*; juxta vetus metrum:

Prae, contradic: post contra: præ, pōstq; subalter.

Caterium pro cognoscendis æquipollentibus propositionibus, afferuntur communiter sequentia signa; ex quibus semper duo sibi vicinissima æquipollent.

Non omnis, quidam non. Omnis non, quasi nullus.

Non nullus, quidam. Sed nullus non, valet omnis.

Non aliquis, nullus. Non quidam non, valet omnis.

Non alter, neuter. Neuter non, præstat uterque.

§. VII.

§. VII.

Declarat Conversionem propositionum.

Tertia propositionum proprietas, est *Conversionis*; quæ dicitur prædicati in subjectum commutatio. e. g. *aliquis homo est animal*; ergo *aliquid animal est homo*. propositione prior, cuius extrema commutantur, vocatur *conversa*: posterior, quæ sit ex commutatis extremis, dicitur *convertens*. debet autem in *convertente* & *conversa*, servari eadem terminorum *suppositio*, *ampliatio*, *restrictio*, &c.

Triplex est conversionum modus; *simplex*, per *accidens*, per *contrapositionem*. *Conversionis simplex*, seu ex terminis, est: quando subjectum iolummodo commutatur cum prædicato; servatā cādem propositionis essentiā, hoc est: affirmatione, vel negatione; servatāque eadē quantitate, hoc est: universalitate, vel particularitate propositionis. e. g. *nullus homo est hircus*; ergo *nullus hircus est homo*. sit ejusmodi conversione tantum in *negativis universalibus*, & in *affirmativis particularibus*.

Conversionis per accidens est, in qua commutatur prædicatum cum subjecto, simul comutando illorum quantitatē, id est: *universalitatem*, vel *particularitatem*. sitque vel universalē affirmativam commutando in particularē affirmativam; ut *omnis homo est ens*;

B 3

ergo

ergo aliquod ens est homo. vel universalem negativam commutando in particularem negativam ; ut nullus *Logicus* est *hircus*; ergo aliquis *hircus* non est *Logicus*. nequit autem fieri conversio ex particulari affirmativa, in universalē. sic malè converteres : aliquis *Papa* est homo ; ergo omnis homo est *Papa*.

Conversio per contrapositionem est, quæ com- mutat prædicatum cum subjecto ; & insuper mutat affirmationem in negationem ; propositionem infinitam in finitam , aut vicissim . e. g. omnis *Logicus* est homo ; ergo omne non homo, est non *Logicus*. cape subsidium memorie.

fEcI simpliter : convertitur *Eva* per acci :
AstO per contra : sic sit *conversio tota*.

Ut capias ænigma, adverte: in his vocibus, per literam A. denotati propositionem universalē affirmativam : per vocalem E. universalē negativam. I. autem significat particularem affirmativam : O. particularem negativam , juxta terzissimos illos versus.

Afferit A. negat E. sed universaliter amba;


Afferit I. negat O. sed particulariter ambo.

Hoc prænotato , facile capies ænigma superius propositum.

Dicitur primò : *fEcI* simpliciter ; id est : in universalē negativa (quæ denotatur per vocalē E.) itēm in particulari affirmativa (quæ significatur per vocalē I.) sit *conversio simplex*. Dici.

Dicitur secundò : convertitur *Eva* per acci ; id est : propositio universalis tam negativa , quam affirmativa (significata per E. & A.) bene convertitur per *accidens*.

Dicitur tertio : *AstO* per contra ; id est : in universalē affirmativa , & particulari negativa (per A. & O. significata) rite sit *conversio per contrapositionem* : quam suprà explicuimus.



PARS III.

De Discursu ; ad tertiam
mentis operationem disponendam.

S. L.

*Pramittit ea, que ad definitionem
spectant.*

Modus sciendi ut sic , est oratio ignoti per manifestativa . seu : est oratio, quæ rem ignotam , & obscuram , per aliquid notius & clarius explicat. Tres tantum dantur modi Philosophicè sciendi: quid res sit ? & hoc expponit definitio ; quae sint rei partes ? & hoc docet divisio ; quenam sint rei proprietates, accidentia :

causa, effectus, &c. & hæc per discursum innotescunt.

Definitio, est oratio, explicans quid sit res, seu : est oratio explicans essentiam rei. ita seniit Arist: i. Topic: *Quidditas*, seu *essentia rei*, hic vocatur primum prædicatum, seu prima radix aliorum prædicatorum : quæ in aliquo ente deprehenduntur.

Sola definitio *essentialis*, quæ explicat rei essentiam ; propriè pertinet ad Philosophiam ; ea descriptio rei, quæ sit per *causas, effectus, accidentia, &c.* spectat ad Rhetorican.

Definitio *essentialis*, alia est *physica*, quæ explicat rei essentiam physicam : per partes illius *essentiales physicas*, *materiam*, & *formam physicam*, quæ constituant essentiam rei *physicam*.

Alia est *Metaphysica*, quæ explicat essentiām rei *metaphysicam* ; per genus & differentiam.

Regula bona definitionis, passim affi- gnantur sequentes.

Prima. Definitio debet explicare essentiam rei, atque ideo, negationes, chimæræ, &c. propriè definiri non possunt ; quia non sunt ens, & consequenter non habent propriam essentiam. describuntur ergo passim per oppositionem ad *ens positivum*, cujus sunt negatio, &c.

Secun-

*Secunda. Omnis definitio debet constare ge-
nere & differentiâ. Genus vocatur id, per quod
res definita convenit cum alijs specie diversis,
Differentia est, per quam res definita, fit diver-
sa ab alijs specie differentibus. e. g. animal est
genus; quia in hoc convenit homo cum equo,
cane, &c. Rationale est differentia ; quia per
rationale differt homo ab equo, cane, &c.*

*Tertia. Definitio debet esse clarior suo defini-
to. quia est sui definiti explicatio.*

*Quarta. Non debet fieri per particulas disjun-
ctivas : quia alias talis definitio, nec ex modo
reum explicandi, differet à divisione ; neque
debet fieri per particulas negativas : quia quid-
ditas rei, non est negatio : sed positivum ens,
seu essentia.*

*Quinta. Debet definitio convenire omni ac
soli definito. hoc est : omnibus individuis illi-
us speciei ; & nulli alteri speciei, quām defi-
nitæ. Ratio est : quia alias non habet differentiam.*

*Sexta. Definitio debet converti cum suo defi-
nito. hoc est : definitio & definitum, possunt
de se invicem cum veritate prædicari. e. g. ho-
mo est animal rationale : animal rationale est
homo.*

*Septima. Definitum non debet esse pars sua de-
finitionis. quia alias idem partialiter explica-
ret se ipsum ; & esset se ipso clarius.*

Addit ea, qua ad divisionem pertinent.

Divisio, est modus sciendi ; seu oratio explicans rem , dividendo eam in suas partes ; e. g. *hominis alia pars est corpus, alia pars est anima,*

Totum quod dividitur, vocatur divisum : partes, in quas sit divisio, vocantur membra di-

videntia.

Totum actuale componitur ex suis partibus, Totum potentiale non componitur actu ex suis partibus ; sed eas tantum sub potestate sua sub- jectas habet , ut possit ad illas contrahi per prædicationem. sic genus est totum poten- tiale , respectu suarum specierum : species re- spectu luorum individuorum. e. g. homo respe- cta Petri, Pauli, &c.

Totum esseſtiale dividi potest in suas partes esseſtiales ; sive physicas (materiam & formā) sive metaphysicas ; hoc est: in prædicata esseſtialia , genus & differentiam, realiter indistin- guta, ratione nostrâ divisibilia.

Totum integræ dividi potest in partes inte- grantes, quæ quantitatem magnitudinis com- ponunt. si similes sint, ut guttae in aqua, oleo, &c. vocantur partes homogeneæ ; si sint dissi- miles , ut in arbore, cortex, folia, radix, &c. dicuntur partes heterogeneæ.

•**35.** •**36.** •
Bonæ divisioni præcipue sequentes re-
gulae præscribuntur.

Prima. Ut membrum dividens non adæquet totum divisum ; aliter dicitur: ut membra di- videntia singula scorsim accepta, non æquè latè pateant, ac totum divisum. Ratio patet ex principio per se nota : omne totum est maius sua parte.

Secunda. Omnia membra dividentia simul sumpta, adæquant totum divisum. quia totum nihil est aliud, quam omnes partes simul sum- ptu.

Tertia. Unum membrum dividens, non de-bet includi in altero dividente.

Annota hic cum Pennafiele & Comptono, &c. à toto diviso affirmativè malam esse Consequentiæ ad unum membrum dividens. sic malè argues : hoc est animal, ergo est homo. Ne- gativè autem. Consequentia est bona , e. g. non est animal; ergo non est homo. E contra- rior affirmativè valet Consequentia ab uno mē- bro dividente ad divisum. e. g. hoc est equus ; ergo est animal.

Etsiam valet affirmativè à diviso ad unum dividens seclusis alijs ; ut est animal , & non est irrationalis ; ergo est rationale.

Ab uno dividente autem , simpliciter , nou- fit bene Consequentia negativa ad divisum ; ut non est ignis ; ergo non est elementum.

Porrò à positione divisi totius potentialis, ad positionem unius ex membris dividentibus sub disjunctione, valet argumentum; ut est animal; ergo vel rationale, vel irrational. Item: à negatione divisi, ad negationem omnium partium dividentium: & à negatione harum omnium, ad negationem divisi; ut non est homo; ergo nec Petrus, nec Paulus, &c.

§. III.

*Explanat, quid sit Argumentatio ut sic?
Et quanam sint ejus species?*

Argumentatio ut sic, seu in communi, est modus sciendi, quo unum inferitur ex alio. Aliquando inferitur & innoscit aliquid ex una propositione; & hoc vocatur Antecedens: aliquando deducitur aliquid ex duabus propositionibus, & haec dicuntur præmissæ. prima est Major, quia independens est; secunda Minor, quia dependet à prima, per particulam sed, atque, &c. tertia, quæ ex præmissis inferitur, dici solet Conclusio. Conclusio materialiter sumpta, est ultima propositio secundum se, sine connexione cum præmissis, considerata; & vocatur alio nomine Consequens, aut Illatum. Conclusio formaliter accepta, est ultima propositio, considerata in quantum deducitur ex præmissis (sive una, sive duabus) & dicitur Consequentia

Conse-

Consequentia est nexus, per quem, & vi-
cujus, unum deducitur ex alio. significatur
autem ille nexus, & dependentia, per particu-
las ergo, &c. Atque ideo cùm negatur
Consequentia, non semper negatur ultima ar-
gumentationis propositio; quia haec sàpe ve-
ra est; sed negatur plerumque connexio inter
prioris, & ultimam propositionem; quia haec
connexio sàpe nulla est. Itaque dum nega-
tur Consequentia, sensus est: quod negetur ex
veritate talium præmissarum, legitimè sequi
veritatem Conclusionis. seu negatur: ideo
esse veram propositionem ultimam; quia prioris
veræ censentur. hoc est: negatur, quod veritas
præmissarū sit ratio, ob quam vera sit ultima
propositio. Hinc etiam Philosophi, non so-
lent distingue Consequentia; sed Consequens;
quia Consequens propositio potest habere plu-
res sensus, & quandoque uno sensu habet con-
nexione cum præmissis; altero sensu non ha-
bet, id est & distinctione sic sonat: si accipi-
atur Consequens hoc sensu C. esse bonam Il-
lationem, seu Consequentiam; si accipiat altero
sensu N. quod legitimè inferatur veritas
Consequentiæ ex talibus præmissis. Deinde:
si Consequens sit verum, & Consequentia in-
conexa; dicunt Philosophi: C. Consequens.
N. Consequentiam. si Consequentia & con-
nexio sit bona, & propositio ultima secundum

B 7

se so-

se solam accepta sit falsa; ajunt : C. Consequentiam, N. Consequens. Denique si Consequentia habeat nexus vi formae syllogisticae; vocatur *formalis*: si vi materia sequatur Conclusio ex præmissis, dicitur *Consequentialis materialis*.

Syllogismus integer, & *perfectus*, ex duabus præmissis infert Conclusionem. & ideo i. Prior. c. i. sic definitur ab Aristotele: *Syllogismus est oratio, in qua, quibusdam positis (id est: pro veris ab intellectu admissis) aliud sequi necesse est, eò quod hæc sint. hoc est: licet aliunde non pateat veritas Conclusionis; eò tamen ipso, quod præmissæ censeantur esse veræ, debet etiam Conclusio admitti pro vera.*

Enthymema, vocatur *truncatus syllogismus*; quia in illo ex unica antecedente præmissa, deducitur, & infertur Conclusio.

Dilemma est argumentatio cornuta; constat enim duabus propositionibus disjunctivis: quarum utraque impetratur defendens; quia utrinque aliquid contra ipsum sequitur. e. g. vel vis evadere doctus, vel non vis. si vis; ergo diligentius studendum est. si non vis; ergo schola deserenda est.

Inductio est, quæ ex particularibus enumeratis infert Conclusionem universalem.

Exemplum est, quo ab uno, altero ve singulati, arguimus ad aliud singulare.

Sorites est, cum ex multis propositionibus iterà coordinatis, ut prædicatum præcedentis fiat subjectum propositionis sequentis) infertur tandem aliqua proposicio, in qua prædicatum ultimæ propositionis, applicatur subjecto primæ propositionis. e. g. qui sedulò studet, fit doctus; qui est doctus, evadit ad honores, &c. ergo qui sedulò studet, evadit ad honores.

§. IV.

Ostendit quænam sit materia syllogismi?

Omnis syllogismus legitimus duplia habet principia: intrinseca, quæ in omni composito sunt, materia ex qua: & forma per quam totū componitur. Extrinsica sunt, quæ extrinsecè syllogismum regulant, ac perficiunt. De his im posterum.

Materia syllogismi, sunt partes *ut quod*, ex quibus componitur syllogismus.

Materia remota syllogismi, sunt ipsi termini (prædicatum, & subjectum) ex quibus constant syllogisticæ propositiones. ex terminis, unus vocatur *medium*, seu *medius terminus*; qui vi suâ mediat inter reliquos terminos, ut ei vel conjungantur; uti sit in propositionibus affirmativis: vel ab eo removeantur, prout sit in negativis.

Ille terminus, qui ponitur cum medio termino

mino in prima propositione, passim vocatur *majus extreum*; ille vero, qui cum eodem medio ponitur in Minore, seu secunda propositione, dicitur *minus extreum*. & haec duo extrema ponuntur in Conclusione.

Materia proxima syllogismi, sunt tres propositiones, ex quibus coalescit syllogismus. nimirum: *Major*, *Minor*, & *Conclusionis*. primæ duæ ideo vocantur *præmissæ*, quia præmittuntur in ordine ad inferendam Conclusionem, tertia dicitur *Conclusionis*, quia in ea concluditur id, quod intenditur probari.

Infer: in qualibet bono syllogismo, tantum tres poni diversos, & novos terminos. duos nempe, de quibus queritur, an connectantur inter se? tertium vero, qui sit medium & ratio, extrema connectendi inter se, aut removendi à se, in Conclusione. *Ratio est*: quia quarto termino non est locus in præmissis: nam medius terminus semel ponitur in Majori, alterā vice in Minore; medio termino accedit unum extreum in Majori, alterum in Minori, vel ut prædicatum, vel ut subjectum illius. ergo sibi habebuntur duarum propositionum duo subjecta, & duo prædicata, sine quarto. Sed nec in Consequenti est locus quarti termini; quia eadem duo extrema debentponi in Conclusione, quæ cum medio termino fuerant posita in præmissis. nam bonis

syllo-

syllogismus debet regulati illo principio: quæcunque sunt eadem unius tertio, &c. ergo.

§. V.

Declarat formam; id est: figuræ, & modos syllogismorum.

Forma syllogismi, est apta terminorum, & propositionum, ad inferendam Conclusionem coordinatio, ac dispositio. unde requirit figuram, & modum.

Figura est apta dispositio majoris, & minoris extrebi cum medio termino: quoad subjectionem, aut prædicationem. Est autem figura syllogismorum triplex, quia tripliciter potest medius terminus disponi cum extrebris: juxta illos versus:

Prima semel subicit medium; tum prædicat ipsū.

Altera bis dicit: Tertia bis subicit.

Hoc est: *prima figura est*, quando medius terminus in una præmissa est subjectum, in altera prædicatum. *Secunda figura est*, quando medius terminus, in utraque præmissa est prædicatum. *Tertia figura est*, quando medius terminus est utriusque præmissæ subjectum.

Docuerant alij prioram figuram esse, quando medius terminus in Majore est subjectum, in Minore prædicatum; juxta illud:

Prima

Prima prius subicit medium post prædicat ipsum,
vel ut alij compendiosius:

Sub pra prima; sed altera pra pra; tertia sub sub.
Unde alij addiderunt quartam ab Auctore Galeno, Galenicam; in qua medius terminus est prædicatum Majoris; & subiectum Minoris propositionis. nos ad item evitandam, syllogismum prime figure vocamus, dummodo medius terminus in una præmissa sit subiectum, in altera prædicatum; sive illa sit Major, sive Minor.

Modus syllogismi est certa coordinatio propositionum; attendendo ad universalitatem, & particularitatem: affirmationem aut negationem, certo ordine collocandam.

Prima figura modi sunt novem:

bArbArA. cElArEnt. dArII. fErIo. bArAlIpton.
cElAntEs. dAbItIs. fApEsmO. frIsEsOmorum.

Secunda figura habet quatuor modos sequentes

cEsArE. cAmEstrEs. fEsInO. bArOcO.

Tertia figura habet modos sex residuos:

dArAptI.

fElAptOn. dISAmIs. dAtIsI. bOcArDOn. fErIsOn.

Prima modos retinet ter tres; quatuorq; secunda;

Tertia sex. Summa est; si ter sex, junxeris unum.

Horum novemdecim modorum, ut pectores arcana: attende ad 4. vocales: A, E, I, O.

Affir-

Afferit A. negat E. sed universaliter amba.
Afferit I. negat O. sed particulariter ambo.

Quodlibet vocabulum ex ante citatis, haberet tres voces significativas, quarum qualibet significat unam propositionem syllogismi, universalē, vel particularē; eamque affirmativam, vel negativam, juxta valorem literarum suprà explicatum: ut A denotet universalē affirmativam: E. universalē negativam: I. particularē affirmativam: O. particularē negativam.

In bArAlIpton ultima vocalis: in frIsEsOmorum ultimæ duæ syllabæ, non curantur; quia carminis explendi gratiâ sunt adjectæ.

Consistit ergo artificium illius mysterij in eo, ut juxta tres vocales, cuiuslibet vocabuli, ponatur Major, Minor, Conclusio, affirmativa, vel negativa; eaque universalis, vel particularis; prout ordo vocalium in singulis vocalibus observatus requirit. sic e. g. in bArbArA, sunt tria A. consequenter; id est que requiriunt ut omnes tres propositiones, nimirum: Major, Minor, & Conclusio, sint universales affirmativæ. cElArEnt exigit Majorem universalem negativam: Minorem affirmativam universalē: Conclusionem universalem negativam; idque propter vocales, irà in vocabulo cElArEnt coordinatas, idem est de ceteris.

Exam-

Exempla do hīc tantūm prima figura.

1. bAr: omnis Monarcha est colendus;
bA: sed omnis Rex est Monarcha;
rA. ergo omnis Rex est colendus.
2. cE: nullum animal est lapis;
IA: sed omnis homo est animal;
rEnt. ergo nullus homo est lapis.
3. dA: omnis homo est rationale;
rI: sed aliquod animal est homo;
I. ergo aliquod animal est rationale.
4. fE: nullus Logicus est faber;
rI: sed aliquis homo est Logicus;
O. ergo aliquis homo non est faber.

Ex his novemdecim modis syllogismorum illi concludunt *directè*, in quorum Conclusio-
ne *majus extremum* est *předicatum*: illi con-
cludunt *indirectè*, in quorum Conclusione *ma-
jus extremum* est *subjectum*. *directè* concludunt omnes modi Aristotelici *præter ultimos*
5. primæ figuræ modos. & ideo differunt
cElAntEs, & *cElArEnt*: *dAbItIs*, & *dArII*:
nam et si similibus consistent vocalibus; *cElAr-
Ent tamen*, & *dArII directè*; *cElAntEs*, &
dAbItIs indirectè concludunt.

§. VI.

*Allegat regulas, quibus intellectus in sy-
logismis apte formandis dirigitur.*

Primum

Primum Principium, seu regula, assignatur ab Aristotele 1.^o prior: c. I. dictum de omni, dictum de aliquo; dictum de nullo, dictum de ali-
quo non. Fundatur in lumine naturali, quod impossibile sit: idem simul esse, & non esse; quidlibet enim est vel non est. Dictum de omni,
etc. habet hunc sensum: quidquid affirmatur de aliquo subjecto universaliter distributivè sum-
pto: affirmatur etiam de quovis particulari,
contento sub tali subjecto. Dictum de nullo,
etc. hoc sensu accipitur: quidquid negatur de
aliquo subjecto universaliter, & distributivè sumpto: negatur etiam de quovis particulari,
contento sub illo universalis subjecto.

Alterum principium lumine naturali notū
est, & insinuatut ab Aristotele 7. Topicor:
tex. 6. quacunque sunt eadem uni tertio, sunt
eadem inter se. Declarant illud aliqui per
quantitatē, utpote sensibus magis notam:
quacunque sunt æqualis longitudinis cum u-
no tertio, sunt etiam æqualis longitudinis in-
ter se. S. Th: 1. p. q. 28. a. 3. ex Aristot:
3. Phys: textu 21. explicat: tunc extrema in-
fallibiliter identificari inter se; quando & re,
& ratione sunt idem cum uno tertio. è con-
trario: quacunque non sunt eadem uni tertio
(hoc est: si unum est idem cum tertio, & alterum non est idem cum eodem tertio) non
sunt eadem inter se. parenthesis hæc bene no-
tanda

tanda est; quia alijs principium negativum fallit. nam animal non est idem realiter cum lapide; risibile non est idem realiter cum lapide; & tamen non sequitur: quod animal & risibile, in homine non sint realiter idem inter se.

Hoc principium est prius, quam illud: *etum de omni, &c.* quia prius est esse: quia affirmari, aut negari. nihilominus cum Logici spectent primò *prædicationem*, Metaphysicē *esse*; *dictum de omni, &c.* est primum prius Logicis: *quacunque sunt eadem uni ratio, &c.* est primum Metaphysicis.

Ex hisce principijs velut scaturigine prominent sequentes regulæ.

Prima: ex meris particularibus nihil sequitur, hoc est: ex præmissis purè particularibus nulla legitimè infertur Consequentia. *yan est:* quia in propositionibus purè particularibus, termini accipiuntur indeterminatē, & disjunctivē; ergo medius terminus non determinatē unus idemque; ergo extrema præmissis, non identificantur uni eidemque tertio; ergo non habetur fundamentum inde determinatē identificandi per Conclusionem inter se.

Regula secunda: medijs terminus non debet intrare Conclusionem; intellige ut prædicatum aut subiectum Conclusionis. quia probaret idem

idem per idem: neque haberetur fundamen- tum concludendi ex ullo principio per se no- to.

Regula tertia: ex meris negativis, nihil sequi- tur. hoc est: si utraque præmissa sit purè ne- gativa; nulla legitimè duceretur Conclusio. quia si utraque præmissa sit purè negativa, syl- logismus non regulatur ullo principio infalli- bili. *Dixi purè negativa;* si enim propositio- nes sint inservitiae, cessat ratio; cùm in re sint affirmativæ.

Regula quarta: Conclusio sequitur partem debilitatem. si ergo alterutra præmissarum sit incerta, & tantum probabilis; Conclusio si- militer erit incerta, & probabilis. *ratio est:* quia eodem modo (& non magis) extrema con-nectuntur inter se: quo modo connectuntur cum uno tertio; ergo.

Regula quinta: quando una ex præmissis est negativa, etiam Conclusio est negativa. ratio est: quia extrema eo casu separantur à se in præmissis. unum enim connectitur cum me- dio termino in præmissa affirmativa: alterum ab eodem medio termino removetur in præ- missa negativa; ergo etiam debent separari in Conclusionē; ergo Conclusio debet esse ne- gativa.

Regula sexta: ex vero nunquam sequitur falso. siquidem ut ait Aristoteles: vero nō potest connecti nisi verum.

Regula.

*Regula septima: ex falso per se, non potest se-
qui verum, quia falsum non potest esse causa
veri; alias effectus est perfectior suâ causâ;
cùm tamen nemo det, quod non habet. Po-
test tamen ex falso verum sequi per accidens;
quia quod sequitur ex falso, licet non sit ve-
rum propter ipsum falsum, aliunde tamen po-
terit esse verum.*

§. VII.

*Tradit modum reducendi syllogismos im-
perfectos per viam ostensionis.*

*Imperfecti syllogismi ex Aristotele dicuntur:
quibus oportet aliquid addere, vel aliquid in
illis immutare; ut clarè ac perspicue appareat,
quòd legitimè concludant. & tales sunt omnes
modi suprà assignati, præter: bArbArA, cE-
lArEa, dArII, & fErIO; adeoque ad hos re-
ducendi sunt ceteri, vel per viam ostensionis;
vel per impossibile.*

N.B. primò, tunc dicitur syllogismus imper-
fectus, reduci ad perfectum, viâ ostensionis;
quando negata priùs Consequentia, ostendi-
tur esse clara post reductionem; quæ ipsa ap-
te reductionem videbatur obcura.

N.B. secundò. imperfecti, debent reduci ad
eos primæ figuræ perfectos, qui incipiunt ab
eadem consonante. sic illi imperfecti, qui in-
cipiunt à B. reducendi sunt ad bArbArA. qui
incipi-

incipiunt à C. reducendi sunt ad cElArEnt.
qui incipiunt à D. ad dArII. qui denique in-
cipiunt ab F. reducendi sunt ad fErIO.

N.B. tertio. ex singulis vocabulis suprà ci-
tatis: bArbArA, &c. quælibet syllaba signi-
ficat unam syllogismi reducendi proposizio-
nem. si autem in aliqua syllaba, post voca-
lem sequatur S. tunc debet illa propositio con-
verti simpliciter; hoc est: præcisè prædicatum
poni in locum subjecti novæ proposicio-
nis. si verò immediatè sequitur P. tunc illa
propositio debet converti per accidens; hoc est:
debet non tantum commutari prædicatum
cum subjecto, sed insuper *quantitas* proposi-
tionis debet mutari, ex universalis in particula-
rem, ex particulari in universalē. Deniq;
in quocunque modo reperitur litera M. in eo
syllogismo reducendo, debet Major mutari in
Minorem; ut propositio, quæ fuit in antiquo
syllogismo Minor, sit in novo syllogismo Ma-
jor; levatis tamen quæ de S. seu conversione
simplici; & P. id est: conversione per accidens,
jam jam dixi.

e. g. bA omne animal est vivens;

rA sed omnis homo est animal;

IP. ergo aliquod vivens est homo.

Sic reducetur ad

bAr omne animal est vivens;

bA sed omnis homo est animal;

rA. ergo omnis homo est vivens.

Ubi vides: propter P. in tertia syllaba, fieri conversionem *per accidens*; quia prædicatum ponitur in locum subjecti, tertiae propositionis; atque ex particulari, sit universalis.

cE nullum animal est lapis;
IA n sed omnis hircus est animal;
tES ergo nullus lapis est hircus,
ad

cE nullum animal est lapis;
IA sed omnis hircus est animal;
tEnt. ergo nullus hircus est lapis.

Ubi iterum vides, propter S. in tertia syllaba, fieri conversionem *simplicem*; quia tantummodo ponitur prædicatum in locum subjecti: & mox evadit Conclusio perfecta in cElArEnt.

§. VIII.

Adfert modum, per impossibile reducens, novum ac facilem.

Reductio per impossibile est: quando negant Consequentiam in bona forma, cogitatur admittere duo contradictoria simul esse vera. Cum autem impossibile sit duo contradictoria esse simul vera, ideo sic dicitur reduci ad sanam mentem *per impossibile*. Omitto hic modum reducendi veterem, quia plus habet obscuritatis, quam utilitatis; novum, eumque clarens suggerio.

NB.

NB. qui negat Consequentiam, virtualiter affirmat illius contradictriam: quia inter contradictria non datur medium. ergo unam contradictriam negans ut falsam, concedere tenetur alteram contradictriam ut veram. illa igitur concessa contradictria, mox scribatur in charta, aut memoria; & servetur haec regula: *medius terminus* adjungatur subiecto negatae Conclusionis; sicuti fuit adjunctus in premissa; id est: affirmando, si positus fuit cum illo subiecto, in premissa affirmativa; vel negando, si fuit positus cum eodem subiecto, in premissa negativa. *Copula vero*, cum prædicato negatae Conclusionis, relinquatur sicut prius fuerat. & consecisti negotium; quia ad concedenda contradictoria, simul esse vera, pertinacem adegisti.

Demonstro in praxi, si negaverit aliquis Conclusionem syllogismi hujus e. g. in bArAlipton: *omne corpus est substantia*; *sed omnis lapis est corpus*; ergo aliqua substantia est lapis. propositio hujus negatae (*aliqua substantia est lapis*) contradictoria est: *nulla substantia est lapis*. haec contradictoria scribatur in charta, aut memoria, dein videbis subiectum negatae Conclusionis fuisse *ly substantia*; adjunge illi *medium terminum* propositi syllogismi, per affirmationem, per quam adjunctus fuerat in Majori, & dic: *aliqua substantia, qua est corpus, est lapis*.

C 2

Hec

Hæc propositio est complexa: quia comprehenditur duas partes; & prima affirmat, quod aliqua substantia sit corpus: altera affirmat, quod corpus sit lapis. utramque hanc partem complexæ propositionis, defendens debebit concedere esse veram. primam enim partem, quod aliqua substantia sit corpus, concessit, dum concessit in Maj: (quod omne corpus sit substantia) alteram partem (quod aliquid corpus sit lapis) concessit, concedendo Minorem: omnis lapis est corpus (loquor scienti quid sit conversio) ergo tenebitur concedere hanc complexam propositionem: aliqua substantia, que est corpus, est lapis. Atqui ante negatâ Conclusionem, cogebatur concedere illius contradictioniam: nulla substantia est lapis; ergo conclusus est, hâc praxi, ad concedenda duo contradictionia simul esse vera; ergo reductus est per impossibile. Quod si aliquis negaret hæc esse contradictionia: nulla substantia est lapis, aliqua substantia (que est corpus) est lapis; concedet saltèm contradictiones simul esse veras; contradictiones continent contradictiones; ergo adhuc coactus est ad concedendas contradictiones simul esse veras; ergo reductus est per impossibile.

Docet, quomodo inveniendus sit medium terminus?

Medius Terminus vocatur illud medium, quod argumentans assumit ad propositionem aliquam probandam. seu, est ratio, ad Conclusionem aliquam, alteri persuadendam.

Observe primò. medium intenti probandi optimum, eruitur ex fontibus argumentorum, in Rhetorica tradi solitis. quales præcipue sunt loci intrinseci à definitione; à notatione nominis; à partibus simul sumptius arguendo ad totum: à toto ad partes; à causis ad effecta, aut ab effectis ad suas causas; ex contrariorum, correlative rūmque uno, concludendo aliquid de aiteto; ex privatione de eo ente, cuius est privatio; ex veritate unius contradictionis, inferendo falsitatem alterius; ex negatione ejus quod minus est, inferendo negationem ejus quod majus est in eodem genere: item ex affirmatione majoris, deducendo affirmationem minoris in eodem ordine; nonnuñquam à sensili, aut pari, procedendo ad alterum, &c.

Observe secundò. si probare intendas, quod subjectum, & prædicatum, sint idem inter se, investiga, ut invenias aliquid, utriusque commune; seu in quo prædicatum & subjectum conveniant; & illud erit medius terminus. ut

autem aliquid utrique conveniens deprehendas, suppone propositionem probandum, esse veram, seu prædicatum convenire subjecto; deduc ex hoc supposito plures sequelas. dein defini, & divide illud prædicatum, aut subjectum, eāmque definitionem, & divisionem penitus scrutare; rursusque ex definitione, aut divisione, infer sequelas; donec tandem deprehendas aliquid, in quo primum prædicatum, & subjectum probandæ propositionis conveniat; & sic habebis medium, seu rationem, intentum probandi. *Vel* etiam suppone contradictionem probandæ propositionis esse veram; tum deduc illationes, quām potes, plurimas; semper unam inferendo ex altera priore, donec pervenias ad aliquid, quod esset contra rationem, aut aliquod Axioma, si illud prædicatum cum subjecto non connecteretur.

Observa tertio, ut deprehendas aliquid, quod subjecto, & prædicato non conveniat; suppone eam propositionem, quæ connexio nem illorum enunciat, esse veram. dein tamdiu ex illa deduc Consequentias; donec pervenias ad aliquid, quod vel ex ratione, vel ab autoritate falsum ostendi potest. & sic inventisti medium terminum probandi, prædicatum non convenire subjecto. in exemplo: velles probare, quod *Logicus* non sit *hircus*. suppone hanc propositionem: *Logicus* est *hircus*, esse veram,

veram. tum deduc ita sequelas; si *Logicus* esset *hircus*, esset *brutum*; si esset *brutum*, esset *animal irrationale*; si esset *animal irrationale*, non esset *rationale*; si *Logicus* non esset *rationalis*, non posset discurrere. Atqui experientia teste videm⁹, quod Logici argumentādo discurrant. assūme ergo hoc ultimum pro medio termino, & sic argue: si *Logicus* esset *hircus*, non posset discurrere; atqui experientia docet, quod Logici argumentando discurrant; ergo. ad primam sequelam probandam ascende per illas præcedentes gradatim, hoc modo: si *Logicus* esset *hircus*, non esset *rationalis*; ergo non posset argumentando discurrere. *Antecedens* iterum probabis, ex immediate præcedenti illatione: si *Logicus* esset *hircus*, esset *animal irrationale*; ergo non esset *animal rationale*, &c.

§. X.

Detectit syllogismi sophistici fallacias.

Sophista, est apparenſ, fucatūſque sapiens. *Sophisma*, seu captiosus, & sophisticus syllogismus, est oratio, quæ propter similitudinem, quām habet cum syllogismo, syllogismus videtur, cūm tamen non sit; ut docet Aristoteles 1. *Elenchor. c. 1.* adeoque re ipsa nihil concludit, vel defectu materia; si non sit connexio prædicati cum subjecto in singulis

propositionibus, qualis assertur; vel *defectu forma* syllogisticæ: quod nulla sit conuexio Consequentis cum præmissis; vel *defectu utriusque*.

Fallacia aliæ sunt *dictio*nis: aliæ *extra dictio*nen. Unde sophisma aliud censetur *verbale*; quod falsum in se, apparet esse verum ex dilectione, seu vocibus. Aliud *reale*; quod apparentiam veti habet ex rebus; dum videlicet res ipsæ propter similitudinem, videntur esse u-aum, cùm sint multæ.

In voce seu dictio, ut plurimū oritur fallacia. *primò ex equivocatione*; eò quod terminus aliquis, id est: prædicatum aut subjectum, plures habeat significations: atque in una propositione aliud significet, quam in altera. tollitur hæc fallacia, distinguendo significacionem terminorum.

secundò ex amphibologia; quando scilicet totius propositionis ambiguitas fallit: eò quod duplē habeat sensum; & ab uno arguens procedat ad alterum, ac si idem esset. provenit ea ambiguitas, ac variatio sensus, ex mutato nominis *casu*, evitatur vero, si aptè distinguatur singularium propositionum sensus, ac interpretatio.

Tertiò ex compositione, & *divisione*; si videlicet à sensu composito ad divisum: vel à diverso ad compositum arguatur. sœpe enim prædi-

prædicatum aliquod convenit rebus divisim significatis, quod ipsis non convenit, si conjunctim, ac composite sumantur; & vice versa. dissolvitur hæc fallacia distinguendo *sensum compositum*, & *divisum*. Huc etiam revocatur ea deceptio, quæ committitur, dum ex eo, quod detur potentia ad duo opposita disjunctivæ, infertur dati potentiam ad illa duo simul, conjunctimq; ponenda. detectatur, observando aliud esse potentiam *simultatis*: aliud *simultatem potentiae*. *simultas potentiae* est, quæ datur ex parte potentiae ad plura, quamvis illa non possint simul esse. sic in me est potentia loquendi, & tacendi: standi, & sedendi, &c. *potentia simultatis est*, quando etiam ipsa plura, ex parte sua, simul esse possunt. sic in me est potentia simultatis ad loquendū, ambulandum, cogitandum, &c. quia hi alii possunt esse simul.

*Quartiò ex figura dictio*nis, quæ vocum similitudine deludit, dum Sophista ab uno genere, simili voce significato, procedit ad aliud genus, seu *prædicamentum*. huc etiam pertinet ea fallacia, quæ arguens ab uno statu, ac *suppositione*, arguit ad aliam; idem est de *ampliatione*, *restrictione*, aut quacunque alia terminorum proprietate; in syllogismo variata. redarguitur Sophista, distinguendo varias ejusdem termini acceptiones.

Captio, quæ desumitur ex rebus, seu extra dictiōnēm: p̄ma vocatur *accidentis*; dum ali- quid tribuitur rei *ratione sui*: quod illi conve- nit *ratione accidentis*; vel etiam, cūm affirma- tur causa *per accidens*, pro causa *per se*. evi- tatur plerumque hāc distinctione: *per acci- dens C. per se N. vel etiam: specificativè, ac materialiter C. reduplicativè & formaliter N.*

Secunda est simpliciter, & secundum quid; tūmque evenit, quando à re *simpliciter accepta*, arguitur ad rem *acceptam secundum quid*; aut *vicissimi*. distinguendo has rei acceptiones, dissipatur *captio*.

Tertia vocatur ignoratio elenchi; quando scilicet Sophista ignarum respondentem cogit admittere duas propositiones, quæ contradic- toriæ videntur, sed non sunt. passim respon- deretur: *secundum diversa, aut diverso respectu C. eodem respectu, & secundum idem N.*

Quarta dicitur petitio principij; quando ni- mitur Sophista idem per idem, vocibus dun- taxat synonymis, & ad apparentiam aliud si- gnificantibus, probat. perit fallacia, ex syno- nymorum notitia.

Quinta est fallacia Consequentis; quando ex prædicato universaliore, ac superiore, ar- guitur ad inferius.

Sexta est non causa ut causa; fitque dum ali- quid pro causa assignatur, quod revera non est causa.

Sep-.

Septima est interrogationis; dum videlicet plures interrogations conjunguntur, & per modum unius proponuntur; veluti si interro- geris: an D. Paulus, an Judas Iscariotes sit damnatus? si neges; Sophista inferet: ergo *Iudas non est damnatus*. si affirmes; arguet: ergo *S. Paulus est damnatus*. proinde ut neu- tra illatione capiatis, oportet, ante quam re- spondeas, unam interrogationem ab altera se- parare.



APPENDIX

Continet exempla fallaciārum, quibus Neo-Philosophi frequentius capiuntur.

Primum. quidquid non desiisti facere, ad- huc facis; sed furari non desiisti; ergo adhuc futaris. Resp: quidquid non desiisti facere, & prius feci C. si nunquam feci N. Maj: *ly desi- iisti*, in una præmissa significat cessationem, & finem rei cœptæ: in altera verò significat ca- rentiam actionis simpliciter; ergo sunt qua- tuor termini: ac proinde male concluditur; quia nunquam rectè ostenditur, extrema con- necti inter se in Conclusione: nisi ostendatur illa connecti cum uno tertio in præmissis; jux-

ta illud : quacunque sunt eadem unī tertio,
&c.

Secundum. quidquid volat , habet alas ; sed lapis ejectus volat ; ergo lapis ejectus habet alas. Resp: D.Maj: quidquid volat propriè per motum ab intrinseco C. quidquid volat metaphoricè N. Maj: D. similiter Min.

Tertium. Episcopi sunt Sacerdotes ; sed isti equi sunt Episcopi ; ergo isti equi sunt Sacerdotes. **amphibologia** est ex mutato *casu* ; in una enim præmissa sermo est de officio Episcopi : in altera de rebus ab Episcopo possessis.

Quartum. hæc capra est mater ; sed hæc capra est tua ; ergo hæc capra est tua mater. variatur sensus ; medius terminus ingreditur Conclusionem ut subjectum ; & ly tua semel appellat matrem ; in Minore autem appellaverat rem à te possessam. unde ex multiplici ratione neganda est Consequentia.

Quintum. duo & tria , sunt numerus par & impar ; sed quinque sunt duo & tria ; ergo quinque sunt numerus par & impar. Resp: Dist: Maj. duo, & tria divisim accepta C. conjunctim , & compositè accepta N. Maj: D. similiter Minorem , & N. C.

Sextum. Petrus simul haber potentiam standi , & ambulandi ; sed stare , & ambulare simul , est impossibile ; ergo Petrus habet potentiam ad impossibile. Resp: Dist: Maj: simul.

simultate potentiae C. potentia simulatis N. vel in sensu disjunctivo , ac diviso C. in sensu composito N.

Septimum. omnis contradictionis pars altera est vera ; sed falsum est pars altera contradictionis ; ergo falsum est verum. Distinguuntur sensum divisum à composito. in omni contradictione una pars divisim est vera, altera divisim falsa ; non autem ambæ simul sunt veræ.

Octavum. quidquid non amisisti , habes ; sed cornua (aut Regnum Hispaniæ , &c.) non amisisti ; ergo cornua habes. Resp: quidquid non amisi , & habui, illud habeo T. Maj. quidquid non amisi , nec unquam habui , illud habeo Nego Maj. similiter Distin. Minor. & N. C. ly quidquid , in Majori accipitur sensu accommodo : Consequens autem infertur ex suppositione absoluta.

Nonum. quidquid emisti , comedisti ; sed carnes crudas (vivum leporem , pullum cum plumis, &c.) emisti ; ergo carnes crudas comedisti. Resp: Distin. Maj. quidquid emi , & fuit comedibile , illud comedì T. Maj. quidquid emi absolute , etiam non comedibile , illud comedì N. Maj. iterum fallacia est: quòd à sensu accommodo , Consequentia

procedat ad *sensum absolutum*; adeoque mutetur *suppositio*, & *status*.

Decimum. quod heri fuisti, id es hodie; sed heri fuisti ebrius, Rhetor, &c. ergo hodie es ebrius, Rhetor, &c. item quod ego sum, tu non es; sed ego sum homo; ergo tu non es homo. Resp: N. Consequentias. utrobique quod, prius significat *substantiam*: ac dein *modum*, & *accidentia*; adeoque mutatur *predicamentum*.

Vndeциnum. qui te dicit esse animal, verum dicit; sed qui te dicit esse hincum, bovem, &c. dicit te esse animal; ergo verum dicit. R. D. Ma, qui me dicit esse *animal rationale*, verum dicit C. *animal qualecumque*, etiam *irrationale* N. Maj. ly *animal* prius accipitur *ampliativè*: ac dein *restrictè* ad speciem hincinam, &c, idèoque mutatur proprietas terminorum.

Duodecimum. Homo est species; sed Petrus est homo; ergo Petrus est species. Resp: N. Con. ex *suppositione simplici*, proceditur ad *personalem*; adeoque mutatur *suppositio*. ly homo enim in Majori accipitur *abstractè*: in Minoris *contractè* ad individuum.

Denique triplex præcipue modus respondendi ad sophismata assignatur. *primus*: ut negetur *Consequentia*; & dein ostendatur fallacia. *secundus*: ut (si fieri possit) distinguatur *propo-*

propositio, in qua latet fallacia. *tertius*: ut ait arte eludatur; & sophismati sophisma consimile reponatur.

*Axiomata Philosophica
ordine alphabetico digesta.*

Abstrahentium non est mendacium Aristot:
2. *Phys. t. 18.* explicant S. Th: P. Suarez, &c. quod intellectus abstrahendo per apprehensionem unum ab alio, & illud seorsim considerando, nullam falsitatem committat. Ecce *hæc* vocatur *præcisio abstractiva*. Veritas autem, & falsitas, non est in apprehensione, sed in *judicio*.

Actiones sunt suppositorum Aristot. 1. Metaph. t. 1. estque Sententia D. Th: 1. p. q. 39. a. s. & alibi: quod agens, ut possit operari, prærequisitat substantianr sui. nam ut ait P. Suarez. *Disp: 17. Metaph: S. 2.* prius est, ut natura, seu substantia in suo esse sit completa, ac plenè constituta: antequam operetur; *substantia* vero, est ultimum substantiae complementum. sunt igitur actiones suppositorum *denominativè*, non *effectivè*; quia substantia non est id, quod physicè per actionem influit in effectum.

Actus est, qui separat, & distinguit Aristot: 7. Metaph. t. 49. sensus (ut explicat P. Pennafiel) est: quod distinctio specifica totius compositi,

positi, desumatur à forma; velut radice formali, propter quam unum compositum specie differt ab altero. P. Pererius universim hic per actum intelligit formam substantialem, etiam per se subsistente. P. Fonseca intelligit actum metaphysicum, seu differentiam rei. adit P. Suarez D. 13. Metaph: S. 11. etiam verum esse de actu entitativo, seu existentia, per quam res numericam ab alijs distinctionem sortitur.

Actus prior est potentia Arist. 9. Metaph. t. 19. juxta P. Suarez sensus est: quod actus sit posterior, & perfectior suā potentia, quæ ipsi contraponitur. Id verum esse ait P. Pennafiel, tum de actu logico: qui est perfectior, quam passiva rei possibilis; tum de actu physico substantiali: quia forma est perfectior quam materia prima; tum denique respectu omnis potentiae imperfecta, ac perfectibilis, in quantum hæc per actum perficitur. Unde S. Th: secundum hoc dicit intellectionem esse perfectiorem, quam sit intellectus; licet intellectus, quoad diuturnitatem, rationem causæ, &c. sit perfectior.

Actus & potentia sunt in eodem genere Arist. 12. Metaph: t. 26. P. Suarez. D. 14. Metaph: S. 2. id ait esse verum, quando potentia per se ordinatur ad actum, ut cum illo unum per se constituit; utl materia, & forma. Scotus

in 2,

in 2. Dist. 16. q. 1. intelligit de potentia obje-
ctiva, & actu entitativo, eò quod res possibilis,
& eadem res existens, pertineant ad idem ge-
nus, seu prædicamentum. Multi R.R. uni-
versaliter id non admissunt de potentia rece-
ptiva, & actu recepto; quia substantia recipit
accidens; mobile actionem, &c. & tamen! Nec
de potentia activa, & de effectu; quia potentia
augmentativa est qualitas, & tamen agit
quantitatem, & substantiam; impulsus produ-
cit ubi, &c. P. Pennafiel (quam docet esse
mentem S. Th:) explicat hoc sensu: ut genus
sumatur latè, pro generalibus rationibus sub-
stantia, & accidentis; itaque potentia, per se
ordinata ad actum substantialem, est substan-
tia: ad accidentalem, est accidens.

Agens in quantum idem, semper est aptum fa-
cere idem Arist. 2. de Gen. t. 36.. P. Penna-
fiel præcipue ait intelligi de agentibus natura-
libus, ac necessarijs; quæ dum manent in iis-
dem circumstantijs, v. g. approximationis, dis-
positionum, &c. semper producunt similem
effectum in subiecto. in potentijs liberis fallit
saltē quoad exercitium; quia voluntas libera
potest amorem (manente eadem objecti bo-
nitate) omittere.

A privatione ad habitum non datur regressus
Aristot. in postprædicam: c. de oppositis. P. Suá-
rez, Conimbr. Rubius, &c. intelligunt de qua-
cunque

cunque forma corrupta: quam ajunt naturaliter non posse eandem numero reproduci; licet supernaturaliter possit. P. Pennafiel accipit de privatione, quæ privat actu simul, & potentiam: non autem de illa, quæ privat solo actu. sic à privatione *potentia visiva*, nouatur naturaliter regressus ad *visum habitum*: item à morte, ad *vitam habitam*, &c.

Bonum est communicativum sui S. Th: 3. q. 1. a. 1. ex S. Dionys. alij explicant, quod omnne bonum possit se communicare: alij, quod inclinetur ad se communicandum, nativam quādam bonitatis propensione.

Bonum ex integra causa: malum ex quolibet defectu S. Th. 1. 2. q. 18. a. 6. ex D. Dionys. l. 3. de Div. nom: locum habet potissimum in moralibus; ubi licet objectum sit bonum, a. Etus tamen ex una vitiola circumstantia, mortaliter sit malus, ac illaudabilis. P. Pennafiel ita explicat: ut alicui rei denominatio perfecta, ac boni simpliciter conveniat, debent omnia ejus rei constitutiva esse bona ac perfecta, hinc homo non potest dici *spiritualis, incorruptibilis*, &c.

Causa est nobilior, & perfectior suo effectu Arist. 9. Metaph. & 2. de An. intelligitur passim, secundum quod effectus dependet à causa; quia effectus in sui entitate dependet à sua causa; & non vicissim. dependentia autem dicit indigentiam, indigentia imperfectionem, &c.

Causa, & causatum, sunt simul Arist. 2. Phys. t. 37. tertio est de causa actu causante, quam oportet suo effectui coexistere simul tempore; ut exponunt P. Suarez, Conimbr. Tolet. &c.

Causa causa, est causa causati. est Axioma receptum ab alijs hoc sensu: ut qui in physicis dat potentiam operandi, saltē remotè, dieatur coinfluere in effectus ab illa productos. ab alijs isto sensu: ut qui in moralibus efficaciter intendit causam, cedat etiam intendere effectum; qui ex posita ejusmodi causa, ordinariè consequitur.

Conclusio sequitur partem debiliorem. P. Fonseca, Rubius, & alij passim explicant: quod Conclusio non sit certior, aut evidentior, quam præmissæ; adeoque si una præmissa sit contingens, aut ordinis naturalis; etiam Conclusio sit talis.

Contrariorum eadem est disciplina Arist. I: Top: c. 8. Fonseca, & Lovaniensis. legunt: contrariorum est eadem scientia; ut sensus sit: quod ad eandem facultatem spectet, ut dum de aliquo objecto tractat, etiam ejus contrarium expendatur; quia contraria juxta se posita magis eluescunt. sic Logica agit de vero, & falso. unde aliqui addunt: contrariorum eadem est ratio: intelliguntque definitionem; ut qui definit unum contrarium, simul cognoscat aliquomodo alterum.

*Contraria non possunt esse simul in eodem sub-
jecto Aristot. s. Phys. Interpretē P. Pennafiel,
verum est de contrariis in statu perfecto, &
completo: non de contrariis in statu imper-
fecto, & refracto.*

*DEVS. &c. natura, nihil agunt fruſtrā Arist.
1. de Cælo t. 32. P. Eſparza exponit: quod
DEUS Sapientissimus, rerum naturas coordi-
nans, non producat medium, quod ad finem
sibi primariō präfixum nequeat pertingere.*

*Essentia rerum consistunt in indivisibili; seu
essentia rerum, ac substantia, sunt sicut nume-
ri Aristot: 8. Metaph: t. 10. S. Thom. quodlib.
1. a. 6. explicatur ab ipfissim: nullum prä-
dicatum essentiale posse demi, vel adjici, quin
mutetur essentia, ac species rei; sicut si vel
unitas addatur, vel dematur numero e.
g. ternario, fit alius numerus. Addunt ta-
men Murcia, Rubius, & alij: posse aliquam
essentiam, aut substantiam, esse diuisibilem
in partes integrales, & physicas.*

*Ex nihilo nihil fit Arist. 1. Phys. t. 34. intel-
lige (ait P. Pennafiel) ab agente creato, & per
actionem naturalem; omne enim agens crea-
tum präsupponit subiectum, in quod agat;
solisque DEUS creare potest, saltē principi-
paliter, ut admittunt omnes.*

*Finis est melior ijs, qua sunt ad finem Arist.
2. Phys. & finis est optimum 1. Phys. t. 74. quod
ipsum*

*ipsum S. Th: ſæpe repetit. P. Pennafiel ex-
ponit: id est, finis ex natura sua est melior,
quam ea, quæ per ſe, & ex natura ſua ordi-
natū ad finem: non autem ijs, quæ ex inten-
tione liberi agentis destinantur.*

*Forma dat esse rei Aristot: 2. de An: t. 2.
P. Suarez, Pererius, Toletus, &c. admittunt
denominative; quia forma materiam deter-
minat ad certum eſſe, & in certa ſpecie phy-
ſica conſtituit.*

*Fruſtrā eſt potentia, qua non reducitur in a-
etū Aristot: 1. de Cælo t. 32. P. Eſparza, Pen-
nafiel, &c. ſic interpretantur: illa potentia
frustratur ſuo fine, quæ nunquam reducitur in
actum, ad quem primariō, ac principaliter or-
dinatur.*

*Fruſtrā fit per plura, quod fieri potest per
pauciora; eſt communiter receptum hoc ſen-
tu: fruſtrā ac ſuperfluè plura media ordinan-
tur ad aliquem finem; ſi ſi eque facile, &c.
obtineti potest per pauciora.*

*Generatio unius, eſt corruptione alterius Arist:
3. Phys. t. 73. & 1. de Gen. t. 16. P. Murcia
de Gen. D. 1. q. 3. intelligit generationem u-
nius, cauſaliter eſte alterius corruptionem; ſi
forma genita, in eodem ſubiecto, cum priore
nequeat componi. Alij dicunt unam, can-
dēmq; actionem, quæ per ſe, & directe ordina-
tur ad formam novam generandam: per acci-
dens;*

dens, & indirectè ordinari ad veterem expellendam. Alij ajunt verum esse concomitans: non formaliter.

Infiniti ad finitum nulla est proportio Arist. 1. de Cœlo t. 52. & 64. Conimb. Vallius, Pennafiel, &c. intelligunt de proportione geometrica, seu commensurationis: non autem de proportione habitudinis ad unionem, ordinis, & connexionis; quia V E R B U M Infinitum, unitur naturæ humanæ finitæ; & effectus creatus finitus, dependet à Cœli Prima Infinita, &c.

Intellectus intelligendo fit omnia Arist. 3. de An. t. 37. Conimbric. explicant: non realiter, sed intentionaliter; quia potest vel objecta ipsa, vel species eorum vicarias, tanquam formas intelligibles in se recipere. sicut ergo materia, dum physicè recipit formam lapidis, physicè fit lapis: ita intellectus, dum e. g. formam intelligibilem, seu speciem lapidis in se recipit, fit intentionaliter lapis, &c.

Locus est & equalis locato 4. Phys: P. Pennafiel ait verum esse de loco proprio; non de communione.

Magis & minus, non variant speciem Arist. 2. Topic: Rubius, & alij passim accipiunt magis & minus, secundum partes integrales, vel quoad gradus intentionis: non autem quoad partes rei essentiales.

Modum

Modus operandi sequitur modum effendi S. Th: passim; P. Suarez, Valent: & alij explicant: quod modus operandi cuiusque rei, ita proportionetur modo effendi in perfectione, ut nullius rei modus operandi connaturalis, possit esse perfectior, quam sit ipsiusmet rei modulus effendi. v. g. quod in substantia sua materialis est, non potest immaterialiter operari.

Movens debet esse simul cum moto Aristot: 7. Phys: t. 10. hoc est, ut communiter explicant Aristotelici: agens debet passo esse praesens, vel per se ipsum, vel per virtutem suam. S. Th: ait: quod agens, ut agat, debeat virtute suâ passum contingere.

Natura non deficit in necessarijs Arist: 3. de Animali t. 45. ubi P. Pennafiel ait hoc fundari in eo, quod natura sit perfecta in suis operationibus; opus etenim naturæ, est opus intelligentiae, id est: sapientiae ordinantis; adeoque dum dat alicui rei esse, dat ipsi etiam connaturaliter necessaria ad esse, & ad operari; si quidem cuiusque rei natura, ordinatur ad operationem.

Nullum violentum est perpetuum Arist. 1. de Cœlo. P. Pennafiel ait verum esse de violento simpliciter: non autem de violento secundum quid.

Nobiliora, seu perfectiora paucioribus indigent Arist: 1. de Cœlo. passim explicatur, ceteris paribus.

Potens-

Potentia qua potest majus, potest etiam minus : recipitur à P. Suarez & alijs ; manendo intrà idem genus, eundémque ordinem ; itèm si in illo minore non involvatur imperfectio tali potentie repugnans. sic Angelus, qui potest intelligere absque phantasmatu, nequit intelligere per illud.

Propter quod unumquodque tale, & illud magis ; est D. Thome ex Aristotele sèpius repetitum. non est universaliter verum ; quia alia cum helluo sit ebrius propter vinum, vinum esset magis ebrium. Communis explicatio hoc sensu ait esse verum : quando utrumque extremum inter se comparatum, est in eoden ordine ; & quando utrumque habet in se formam, quæ est ratio *denominationis* : tunc illi denominatio à potiori, & magis convenit illi, à quo alterum eam formam participat. si in ordine physico : quia stellæ ceteræ à Sol participant formam lucis, propter quam de nominantur lucidae ; à potiori, & magis, Sol est lucidus. sic in ordine morali, quia Locutus est propter autoritatem à Cæsare patrici patam dicitur honorandus ; à potiori, & magis Cæsar est honorandus.

Quacunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se Arist. 6. Topic: c. 1. S. Th: l. p. 28. a. 3. & alibi explicat de ijs: quæ sunt eadem & re, & ratione, uni tertio.

Quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur. est S. Thomæ, frequentissimè repetitum ; passimque admittitur hoc sensu : quod forma in tantum recipiatur, in quantum subiectum est capax, ac proportionatum.


Quod rarum, charum est Arist. 3. Top. c. 2. intelligitur à plerisque cum limitatione : si ram illud, insuper habeat rationem convenientis boni.

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter : ita se habet magis ad magis. hoc Axiomate frequenter utitur S. Th: passimque ab alijs admittitur hoc potissimum sensu : quando inter se comparantur duo, quorum unum velut radix exigunt, secundumque trahit alterum ; tunc decrecente, vel accrescente eo, quod radix est : crescit etiam, vel decrescit alterum, quod exiguntur. unde communiter verum id est de formis, quæ admittunt magis & minus. sic, quia gratia simpliciter, est radix gloriae simpliciter ; rectè inferetur ex majori gratia, major gloria, &c. Valet hoc Axioma infallibiliter, si utriusque talis formæ subiectum, sit æqualiter capax ; & cetera, quæ concurrunt, sint paria.

Tria sunt omnia Aristor. 1. de Cœlo t. 1. Co nimbricenes ajunt numerum ternarium ideo vocari perfectum, quia in eo repetitur ratio principij, mediij, & finis.

*Verum vero non opponitur; seu verum vero
non est contrarium. est communiter receptum
ex S. Thoma, qui hanc assignat rationem:
quia nimirum cognitio veritatis, est quædam
participatio, & irradiatio Veritatis primæ,
quæ una est, & Incommuta-
bilis.*

Cui Honor, & Gloria ex omni Veritate.



CATALOGUS Doctorum Societatis IESU *Quorum* Nomina sequentibus tomulis referentur.

ADAMUS TANNER GERMANUS TIROLENSIS;
Patiuā Oenipontanus, vivere cœpit 1572.
in prælegenda Theologia Scholastica, ac Mo-
rali, viginti duos, Viennæ & Monachij: in
hoc sœculo exegit annos vivendo sexaginta.
FERDINANDI II. iusſu Pragensi Academiæ
præfuit Cancellarius. Demum expiravit 25.
Maij anno 1632.

AEGIDIUS DE CONINCK BELGA, Bellioli in Flan-
dria natus 16. Decembris 1571. Magni Lessij
Discipulus; cuius etiam Theologiae Scho-
lastice Cathedram totos duodeviginti annos
cum insigni laude moderatus est Lovanijs; ubi
Sociorum subinde Studijs aīos 10. præfuit. o-
biit Lovanijs 31. Maij 1633.

Andreas Semery Gallus, Patria Remus, natus anno 1631. Philosophiam triennio Firmi in Piceno, & sexennio in Collegio Romano explicuit.

Antonius Bernardus de Quiros Hispanus, Patria Fordelagunensis, natus 1613. Philosophiam & Theologiam in Societate professus est annis undeviginti, & Studiorum Praefecturam gessit annis undecim, abiit ex hac mundo 10. Junij 1668.

Antonius Perez Hispanus, Patria Pontine, genitus, editus in lucem 1599. Philosophiam tribus, Theologiam annis omnino sedecim magna laude tradidit, partim Salmanticae, partim in Collegio Romano. Absolvit dies vitae suae postridie Calendas Martij 1649.

Antonius Rubius, seu Ruvio, Hispanus, Patria Rodensis, natus 1548. missus in Indianum occidentis Solis, Philosophiam Aristotelis triennio, Theologiam Divi Thomae annis 12. interpretatus est Mexici in nova Hispania. Deinde cum operam suam studijs promovendis in Mexicana Academia per annos omnino viginti quinque guaviter impendisset, reversus in Hispaniam, Compluti confedit; ubi post annos vitae 67. octavam Martij anno Domini 1615. cursum mortalitatis complevit.

Benedictus Pereyra, seu Pererius, Hispanus, Patria Valentianus, Philosophiam Aristotelis

enarravit, & quatuor penes Artium curricula docendo consecit. D. Thomam per multos annos interpretatus est. Sacras literas explanavit. Demum caducam hanc vitam cum aeterna commutavit Romae 6. Martij 1616. aetatis 75.

Bernardinus Mazziotta Italus, Patria Capuanus, natus anno saeculi proxime evoluti 87. Philosophiam praelegit octennio; Theologiam Scholasticam decenio; Moralem aliquamdiu; & multis annis Studiorum altiorum Praefecturam gessit Neapoli, ubi peste tactus expitavit 14. Junij 1656.

Christophorus Clavius Germanus Bambergensis, natus anno 1578. Mathematicas Scientias magna cum laude annis 20. Roma palam tradidit. obiit aetate meritisque gravis Romae 6. Februarij anno 1612. aetatis 75.

Didacus Ruiz de Montoya Hispanus Hispalensis, ubi primum Diaconus factus est, Moralem Theologiam Baecae explicuit. Inde post annum praeteriti saeculi 85. Granatae Philosophiam auspicatus est, & deinceps Cordubae, atque Hispali Theologiae lectionem totos 20. annos obtinuit. His elapsis lucubrationibus intentum mors occupavit 25. Martij anno 1632. cum vixisset annos 70.

Franciscus Albertinus Italus Catanzarensis, Philosophiae sexennio, Theologiae no-

Vennio Professor. Obiit diem suum Neapoli
15. Junij anno 1619. cum vixisset ab anno
1563.

Franciscus Amicus Italus Consentinus,
Theologiae in Italia, Aquilae & Neapoli; in
Germania Graecii Styriæ, annis 24. Professor.
Cancellarius Academiae Graecensis quinquen-
nio, Praefectus Generalis Studiorum Viennæ
circiter uoventium. Natus est anno 1578.
Septuagenario Major ad laborum præmia e-
vocatus est Graecij ultimâ Januarij 1651.

Franciscus de Oviedo Hispanus Madriten-
sis, natus est anno 1602. explicuit Aristotelem
Otopesæ & Compluti; fuit primarius Theo-
logiae Moralis Professor Madriti, Scholasticæ
verò Murciae & Compluti. Immaturâ mor-
te sublatus est 9. Februario 1651.

Franciscus Soárez Lusitanus, natus in oppi-
do Turres Veteres, Diœcesis Olyssiponensis
1605. Philosophicas quæstiones euodavit
quadriennio, Theologiam Scholasticam præ-
legit annis octodecim. primariae Cathedrae
tam Conimbricæ, quam Eboræ Moderator;
utriusque Juris, Civilis & Canonici, peritius
clarus. Obiit Rector Collegij, & Acade-
miae Eborenseis 9. Januarij 1659.

Franciscus Suarez Hispanus, Patria Gra-
natensis, natus 5. Januarij 1548. Philosophi-
cas Scientias publicè docuit Segobiæ; Theo-
logicas

Pincæ, Romæ, Compluti, Salmantice
ex; donec Philippi II. Regis Hisp. accitu pri-
mam Catedram Conimbricæ jussus est oc-
cupare; ubi annis viginti, post impensos toti-
dem alijs in locis, Theologiam publicè pro-
fessus est. emigravit 25. Septembri 1617,
ætatis ferè 70.

Franciscus Toletus S. R. E. Cardinalis, Hi-
spanus Cordubensis, natus 4. Octobris 1532.
Annos natus 23, publicè adhuc sæcularis Phi-
losophiam interpretatus est Salmantice, ubi se
Societati adscripsit. Exiude Romam missus,
primum Aristotelicam doctrinam, deinde D.
Thomæ Theologiam, tum varias, & imple-
zas de Moribus quæstiones per multos annos
explicavit. Obdormivit in Domino Romæ
24. Septembri 1596.

Gabriel Vasquez Hispanus Bellomontanus,
natus 1549. annos vix natus 25. publicè Phi-
losophiam, Theologiamque explanavit; &
ante 30. ætatis annum in Urbem evocatus,
erexit in sui admirationem orbem terræ, eum-
que nominis sui famâ complevit. In Colle-
gijs Romano & Complutensi Sacrâ D. Tho-
mæ Aquinatis Theologiam per annos 29.
prælegit. Eripuit illum terris immatura mors
in Jesumontano Collegij Complutensis se-
cessu 23. Sept. 1604. ætatis 55.

Gaspar Hurtadus Hispanus, Patria Mon-
dexarensis

dexensis, adhuc sæcularis primus inter Competitores pro Theologiae Laurea locum occupavit Compluti. In eadem Academia Collega Major, & semel, iterumque Consiliarius, ac demum primarius Philosophiae Professor, Anno 1607. etatis 32. Societatem amplexus, in ea Theologiam perpetuo, tum Murciae, tum Madriti, tum Compluti, annos amplius 30. docuit. Excessit è vivis septuagenario major, Compluti 5. Augusti 1646.

Gregorius de Valentia Hispanus, natus Melthymnae Campi 1551. mense Martio. Romæ necdum Sacerdos Philosophiam biennio prælegit; inde missus in Germaniam, Dilingæ pri-
mum, ac dein Ingolstadij annos circiter 23. Theologiam docendo traduxit. Inde Romanum vocatus, partim Theologiae Sacrae Professor, partim Supremus in Collegio Studiorū Moderator vixit. Demum Neapolii abivit è vita, semper victurus 25. Aprilis 1603. etatis 63.

Ildephonsus, seu Alphonsus de Pennafiel, in-
defessus Hispanorum & Indorum Orbe novo Operarius, Natione Peruanus, Patria Riobam-
bensis, natus 1594. Philosophiam & Theolo-
giam primò Cuschi, tum Limæ complures an-
nos magno plausu professus, sexagenario ma-
jor Guancavelicæ in Peruvio mortalitatem
exit 18. Novembris 1657.

Joannes

Joannes Baptista Giartini Siculus Panor-
mitanus, natus sæculi volventis primo. docuit
Mathesim quinquennio; Philosophiam no-
vennio; Theologiam Motalem triennio;
Scholasticam octennio; & Studijs præfuit Su-
perioribus annis tredecim. Decessit in Colle-
gio Romano etatis 72. instaurati Orbis 1672.

Joannes de Lugo S.R.E. Cardinalis, Hispa-
nus, Patria Hispalensis, Madritensis, natus
1583. 25. Novembris. 5. anni explicuit Phi-
losophiam, & Theologiam totidem Valliso-
leti; inde Romanum vocatus 20. annorum spa-
tio Cathedram Theologicam tenuit. Obiit
Romæ 20. Augüsti 1660.

Leonardus Lessius Belga, Patria Brechtan⁹,
in Brabantia mortalem hanc vitam cœpit Ca-
lendis Octobris 1554. Philosophiæ operam
impedit leptennio Duaci, Theologizæ anuis
15. Lovaniij; Studijs diligendis præfuit annis
17. Desit vivere Lovaniij 25. Januarij 1623.
etatis 69.

Martinus de Esperza Artieda, Natione Hi-
spanus, Gente Navattus, ex oppido Ezcatorz
Pampilonensis Diocesis, natus sæculo flu-
ente, anno 6. 29. Martij. Philosophiam Com-
postellæ exposuit; Theologiam Scholasticam
partim Vallisoleti, partim Salmanticæ 12. an-
nis; & inde Romanum evocatus eandem totidem
annis in Collegio Romano explanavit. Pra-
fuit

fuit etiam Studijs Vallisoleti bieñio; & nunc Ro-
mæ agit Theologum Præpositi Generalis ab annis 30.

Petrus Hurtadus de Mendoza Cantaber Valma-
sedanus, natus 1579. Philosophiam Pompejopoli tra-
didit; Theologiam Vallisoleti, & Salmantica per
annos 30. professus est. Præfectorum egit Studiorum
in Collegijs Vallisoletano ac Salmanticensi. De-
sijt vivere Madriti 1651. die Novembri 10.

Petrus VVadingus Hibernus VVaterfordiensis,
natus anno Christi 1580. Philos docendæ præfuit sex-
ennio; Theologiae partim Lovanij, partim Pragæ annis
16. Cancellarium egit Pragæ. Præfectorum Studiorū
gesllit annis 13. utriusque Facultatis Doctor. Primus
in Universitate Græcensi Sacros Canones explicu-
it. Efflavit animam Gracij 13. Septembri 1644.

Rodericus de Ariaga Hispanus Lucroniensis,
natus 1592. 17. Januarij. Philosophiam Vallisolet-
ti docuit; & Theologiam Salmanticæ exorsus, vo-
catus est in Bohemiam; & Theologiam Scholasti-
cam annis 13. Pragæ in Collegio S. Clemente.
professus est; 12. annis Cancellarius illius Univer-
sitatis fuit; & 20. Generalis Studiorum Præfetus.
Evocatus ex vita Pragæ ad S. Clementem 7. Junij
1667.

Silvester Maurus Italus Spoletinus, natus anno
seculi fluentis 19. Philosophiam partim Macera-
ta, partim Romæ sexennio professus est. Ethici-
cam annis aliquot; Theologiam Scholasticam ab
annis 20 in Romano Collegio docet.

Thomas Comptonus Carleton Anglus Canta-
brigensis, natus 1593. Philosophiam & Theologi-
am multis annis docuit Leodij, ubi etiam Prafe-
ctorum Studiorum diu gesllit. Demum septuage-
nario major abiit ad Superos Leodij 24. Martij
1666.

THESES Ex PHILOSOPHIA RATIONALI,



THESES I.

Logica est Scientia.

Ita Aristoteles I. Posterior. t. 27. D.

Th. ib. & in 4. metaph. Iec. 4. P.

Franciscus Suarez disp. 1. Met. S: 4.

n. 26. PP. Conimbric: quæst:
procem. A. 3.

Prob: rati: in Logica sunt multæ conclusiones, ex principijs certis ac evidentibus deductæ; ergo Logica est Scientia. Ant: prob:ista est conclusio Logica: definitio debet esse clarior suo definitio deduciturque ex hoc principio: *Omnis explicatio rei, debet esse clarior re explicata.*

Item hæc: membrum dividens non adæquat totum divisum; eruitur ex eo: quod Omne totum sit maius suâ parte.

Illa verò: *Contradictoria non esse simul vera;* infertur inde: quod impossibile sit, idem

simil esse & non esse ; quia quidlibet est, vel non est.

Deniq; isthæc concessis premissis non esse negandam conclusionem legitimè illatam; sequitur ex illo : quæcunque sunt eadem uni tertio &c. ergo multæ conclusiones Logicæ sunt deducētæ ex certis ac evidētibus principijs.

Obijc: Primo. Logica agit de Syllogismo probabili, ac Sophistico ; ergo non est Scientia. Rz. Dicit: ant: agit de illis demonstratiue Conc: ant: sophisticè & probabiliter N. aut: & N. conseq.

Logica demonstrat ex præmissis probabilibus, sequi conclusionem probabilem: ex fallacibus fallacem &c. idq; ex his principijs per se notis: Effectus nequit esse perfectior suā causa. & : quod eo modo extrema sunt idem inter se: quo modo sunt eadem uni tertio.

Vrg: Actus specificantur ab objectis; ergo si objectum est fallax, etiam ipsi actus erunt fallaces; ergo Logica agit Sophisticè. Rz. Axioma ita intelligendum esse: quod iij actus, qui sub diversa ratione formalis, in sua objecta tendunt, specie differant; non vero quod ejusdem speciei efficiantur, cuius objectum est, in quo tendunt. Alias cognitio, quæ tendit in lapidem, fieret lapis. Unde Non utramque consequentiam.

Obijc. Secundo. A potiori sit denominatio,

tio. Atqui plures sunt in Logica actus probabiles, quam scientifici; ergo ab illis potius est denominanda opinio: quam ab his, scientia. Rz. Explico axio: cum dist: maj: à posteriori, quoad perfectionem, & estimabilitatem C. Maj: à potiori quoad numerum N. Maj: permisso Min: N. Cons: Atqui unus actus scientificus præstantior est, quam complures probabiles: ergo Logica potius denominanda est Scientia.

Cæterum: axioma allegatum, tantum habet locum in affirmativis: ubi ad denominationem veram sufficit, quod prædicatum conveniat uni parti. Sic homo vere dicitur corruptibilis, licet anima sit incorruptibilis. Secūs evenit in negativis; propter malignantis naturæ particula quæ negat totum id, cui applicatur. Sic homo non potest dici incorruptibilis; si vel unica pars sit corruptibilis. At vero Logicam esse Scientiam; est denominatio affirmativa; ergo verificatur, licet unicuius actus foret scientificus.

Obijc: Tertiò. Juxta Aristotelem Scientia acquiritur per demonstrationem. Atqui Logica nequit acquiri per demonstrationem; ergo Logica non est Scientia. Min: prob: Logica dirigit ad faciendas demonstrationes; ergo est prior demonstratione, ergo non potest acquiri per demonstrationem; quia aliás

respectu ejusdem esset etiam posterior. Bz. Aristotelem loqui de Scientia habituali. Dist: Min: Logica imperfecta , prout significat præcepta, tantum ab experientia , & usu collecta Conc: Min: Logica perfectior, prout significat præcepta , jam ex primis principijs deducta N. Min: & N. Cons: per experientiam collecta sunt præcepta demonstrandi ; & hæc erant duntaxat Ars Logica. Demum eadem præcepta reflexè ex primis principijs sunt deducta, atque ita meruere nomen scientiæ , quam voco *Logicam perfectissimam*. ad demonstrationes verò (: quibus ea præcepta Logicæ ex primis principijs deducebantur :) dirigebat Logica Ars; non Logica scientia. unde patet, quid ad probationem sit respondendum.

Obijc. Quartò. Logica docet facere definitiones , &c. ergo habet objectum operabile ; ergo habet objectum singulare; quidquid enim fit, per singularitatem determinatum fit. Atqui de singularibus non datur scientia , nam juxta Aristotelem Scientia est de universalibus, ergo &c. Bz. Dist: Subsum: de singularibus ut singularibus, sub ratione singulari non datur scientia Conc: Subsum: de singularibus materialiter sumptis, & quæ singularia sunt ; atque sub ratione universalis consideratis N. Subs: ad probationem

explico Arist: Scientia est de universalibus, quæ per cognitionem abstrahentem formaliter fiunt universalia C. Scientia est de universalibus quæ à parte rei , independenter ab intellectu sunt universalia N. Intellectus dum abstrahit à singularitate , in actu exercito, facit universale : non autem factum præsupponit. Logica igitur dum e: g: dicit : *definitio debet constare genere ac differentia*; non attingit hanc vel illam definitionem in individuo ; ergo abstrahit à singularitate ; ergo habet objectum universale.

Obijc: Quintò. Scientiæ sunt de rebus necessarijs, æternis, ac independenter ab operatione scientiarum existentibus. quia Arist: 6. Ethic: 3. necessaria vocat , quæ semper sunt. adeoque scientia , præsupponit existentiam ejus objecti de quo agit. Atqui Logica non habet tale objectum independenter à se existens ; quia objectum Logicæ sunt modi ac instrumenta sciendi ; quæ primò fiunt ex directione Logicæ , ergo Logica est Scientia. Bz. Dist: Maj: Scientiæ sunt de rebus necessarijs , quoad connexionem prædicatorum essentialium cum subjecto Con: Maj: de necessarijs *quoad existentiam* Physicam N: Maj: C. Min: & N. C. Si Aristot: loqueretur de necessitate *quoad existentiam*; Sola Theologia esset Scientia; quia solus DEUS est objectum a-

ternum semper existens; existentia vero cu-
juscunque creaturae est contingens, quia
quævis creatura liberè à DEO posita, absolu-
tè poterat non existere.

Objectum igitur Logicæ est necessarium,
quoad essentiale connexionem prædicato-
rum cum subiecto; quia definitioni semper
convenit: quod sit clarior suo definitio: syllogismo
in b. Arbara: quod constet tribus universalibus
affirmativis, &c.

Denique: hoc est discrimen Scientiæ spe-
culativæ à practica, quod illa habeat obje-
ctum independenter à sua cognitione exi-
stens: hæc, vi suæ directionis objectum ex-
istere faciat. Seu ut Aristoteles 1. Metaph;
Cap: 6, & 6. Met. Cap: 1. docet: per sci-
entiam Speculativam, cognitione conforma-
tur rebus: per practicam, objectum confor-
matur cognitioni; tanquam regulæ
dirigenti.



THESIS II.

Ex fine intrinseco primario
practica.

Ità ex Aristotele: 1. Metaph: C. I. D.
Th, in 1. Post. lec: 1. P. Antonius de Quires
Tr. 2. p. 1. D. 13. S. 8.
num. 60.

Prob: rat: ex communione omnium Doctorum consensu Logica primariò in hunc finem instituta est, ut dirigat ad modos sciendi: doceatque facere bonas definitio-
nes, divisiones, & argumentationes; ergo Logice finis intrinsecus primarius, est praxis seu opus faciendum; ergo Logica ex fine intrinseco primario est practica.

Attamen ex fine secundario & indirecto
est Speculativa. Prob. quia qui intendit in-
trinsecè & primariò aliquem finem etiam in-
trinsecè (: ex intentione propria:) intendit
secundariò ac indirectè illud: quod cum tali fine est necessariò connexum. Atqui scire est
cum fine Logiæ (: nempe cum modis sci-
endi, ut medijs ex natura sua ordinatis ad
scire:) necessariò connexum; ergo Logica

Ex fine intrinseco

quæ intendit primariò modos sciendi ut tales intendit etiam secundariò & indirectè ipsum scire; Atqui eatenus Scientia est speculativa: quatenus intendit scire; quia hic est finis scientiarum speculativarum (: ut constat ex Arist: 1. Metaph. c. 2. D. Th: P. Sua-rio, & alijs:) ergo Logica ex fine secundario & indirecto est speculativa.

Imò Logica ex fine suo , extrinseco , me- diato, & per accidens ; etiam est speculativa, Prob: quia finis extrinsecus Logicæ est, ad quem ab alijs scientijs Speculativis usurpa- tur. Atqui scientiæ Speculativæ utuntur præceptis Logicæ propter scire; hoc est, ut ac- quirant perfectam objecti sui notitiam; ergo finis extrinsecus Logicæ est scire. Sed Scientia est Speculativa eo modo, quo ad scire ordina- tur, ergo Logica ex fine extrinseco est Spe- culativa.

Obijc. Primò. Finis Logicæ sunt actus rationis, ergo Logica non est practica. C. prob. actus rationis sunt cognitiones Verita- tis: ergo finis Logicæ est cognitiō Veritatis. Atqui Scientia cuius finis est cognitiō Verita- tis, est speculativa ex Arist: ac D. Th. 3. Met: ergo , &c. & Dist: Ant: finis Logicæ sunt actus rationis, ut regulabiles : seu regulis Logicæ conformabiles C. Ant: actus ratio- nis secundū se & simpliciter N. Ant: & Con- seq:

Præctica.

seq: ad Prob: Dist: Conseq: ergo finis Logi- ca, est cognitio Veritatis ut conformiter ad regulas illius elicienda C. Cons: ut elicita N. Cons: Dist: simili: subs: & N. Cons: Ari- stot: 1. 2. & 3. Meteph: inculcat scientiam practicam differre à speculativa; quod haec fistat in veritate ut cognita: illa vero diri- gat ad operationem; hoc est, ut commenta- tur Card: Toletus: per Scientiam speculati- vam scimus ut sciamus: per practicam scimus, ut scientes operemur.

Obijc. Secundò. Idem est finis instru- menti, qui est causæ principalis. Sic idem est finis circini (: e: g: :) qui est Geometriæ. Atqui Logica est instrumentum scientiarum speculativarum, ergo est idem finis Logicæ, qui est scientiarum speculativarum, ergo &c. &c. Dist: Maj. idem est finis saltēm extrin- secus, aut Secundarius Conc: Maj: semper est idem finis primarius & intrinsecus N. Maj: Sic ars fabrilis armorum cusroria, habet pro fine intrinseco , directo , immediato & pri- mario gladios , hastas &c. non vero habet eundem finem intrinsecum primarium, quem habet Scientia politica aut militaris, cui ars Fabrilis subordinatur.

Illa quæ habent præcisę rationem instru- menti, ut circinus &c: ea possunt habere eun- dem finem primarium intrinsecum quem ha-

bet, causa principalis: non verò ea, quæ in super habent peculiarem rationem Artis aut Scientiæ, ut Logica &c. Ratio est: quia una Ars aut Scientia dissentit specie ab altera propter finem intrinsecum primarium diversum; ergo cum iuxta Arist: ac D. Th. Logica sit scientia à speculativis specie diversa; necessarium est, ut habeat finem intrinsecum primarium diversum.


Obijc. Tertiò. Logica demonstrat essentiam, causas, proprietates &c. Sui objecti: ergo est Scientia speculativa. Rz. Dist: Ant: per accidens Conc: ant: per se N. ant: & Cons: Scientiæ speculativæ ad hoc institutæ sunt, ut præcisè in objecti sui notitia sistant, Logica verò, ut hanc objecti sui notitiam ordinet ad proxim; nempe ad definitiones, divisiones & argumentationes rectè faciendas,

Obijc. Quartò. Operatio quam Logica intendit, non est praxis; ergo Logica non est practica: ant: prob: praxis est operatio alterius potentiae quam intellectualis, quia Aristot: 3. de anima dixit: quod intellectus extensione fiat practicus; ergo &c. Rz. N. Ant. & prob. dico: Aristot: loqui de extensione ab actu dirigente ad dirigibilem: non verò de extensione adaliam potentiam. Nam ut constat ex Arist: 1. Ethic: & 6. Metaph: **Praxis** vocatur opus secundum regulam artis

tis productum. Atqui hoc etiam convenit operationibus mentis: ergo etiam sunt praxis: ergo eum Logica ad illas dirigat, dirigit ad proxim.

Obijc. Quintò. Finis est principium operationis in agente rationali; ergo potentia, quæ non potest intendere finem, non potest esse principium operationis. Atqui intellectus non potest intendere finem; quia hoc est proprium solius voluntatis; ergo &c. Rz. Dist: assum. Sub ratione boni Conc: Subs: Sub ratione veri ex: gr: ad regulas Logicæ conformabilis Nego Subs: & N. Cons: Finis intellectus est *verum*: voluntatis *bonum*. porrò licet voluntas, ex appetitu boni, moveat executrices facultates cæteras ad operandum: intellectum tamen semper non potest applicare ad operandum; saltē in cognitionibus appetitum antecedentibus; cùm nihil sit volitum, quin sit præcognitum.





THESIS III.

Ut aliæ Scientiæ acquirantur perfectè: artificialis Logica præquiritur absolutè.

Ità Arist: I. Post: C. 2, & 2. Metaph., C. 3, S. Th. ibidem & opus: 70. P. Franciscus Toletus Card: quæ: I. de Dialec: in commu: P. Balthasar Telles adnot: proœm: conclus: 4.

Prob: rat: Juxta Aristo: D. Th: & Peripateticos, ut quis perfectè sciat: non fatis est quòd cæco casu conclusionem infallibilem inferat; sed requiritur insuper, ut noverit rationem, cur ejusmodi conclusio ex præmissis in tali forma, figura, & modo dispositis infallibiliter sequatur. Atqui hoc nōnne nequit, sinè Logica artificiali, quæ præcepta rectè disponendi præmissas tradit: eaque præcepta esse infallibilia, vel per experientiam, vel per deductionem ex primis principijs ostendit, ergo &c.

Confirm: ut quis perfectè sciat: requiritur ut sciat se scire; hoc est, ut cognoscat ex tali terminorum propositionumque combinatione,

absolutè necessaria.

13

tione, infallibilem deduci conclusionem: nec subesse ullum periculum erroris in concludendo ut patet ex Arist: I. Post: C. 2, ergo Logica quæ ejusmodi terminorum propositionumque combinationem docet, est simpliciter & absolutè necessaria ad scientias perfectè acquirendas.

Confirmatur Secundò. Scientia est conclusio certa & evidens, deducta ex certis ac evidentibus præmissis. breviter: Scientia est conclusio demonstrationis; ergo Scientia est formalissimè artefactum Logicæ. Atqui artefactum Logicæ nequit haberri, sinè regulis Logicæ iufallibiliter dirigentibus, ergo, &c.

Explicatur amplius, & Confirmatur Teritiò: in hoc dissent opus casu exco ac temerè factum: ab opere formaliter artefacto: quòd illud non fiat dirigente regulâ artis: istud autem fiat regulâ artis actu intentante ac dirigente. sic nemo dicet spumam canis aut eique projecto temerè penicillo efformatam fuisse formaliter opus articiale, licet ille qui penicillum cæco casu ex impatientia proiecerat, fuerit pictor; ergo ut cōclusio demonstrationis formaliter ac perfectè sit scientia: debet elici dirigentibus regulis. Atqui regulæ illæ sunt Logica artificialis, ergo &c.

Obijc. Primò. Ut quis sciat se scire; tan-

tum requiritur ut cognoscat se uti certis ac evidentibus præmissis ad inferendam conclusionem. Atqui hoc obtineri potest, sive Logica artificiali; ergo &c. Min: prob: Solum lumen naturæ sufficit intellectui, ut cognoscat se se uti præmissis certis ac evidentibus, ergo &c. Rz. Dist: Min: Atqui hoc obtineri potest, absque Logica artificiali per Magistrum tradita Conc: Min: absque Logica artificiali per inventionem propriam, aut observationem experimentalem comparata N. Min: & N. Cons: Lumen naturæ reflectit sèpius supra modum argumentandi; & observat, quomodo præcaveantur errores recteque concludatur. Unde intellectus illo illustratus, conficit sibi met ipsi quandoque regulas argumentandi infallibiliter. sed hæc ipsa jam est Logica artificialis.

Obijc. Secundò: Scire est nōsse rem per causas. Atqui potest (: e: gr: :) Physicus evidenter nōsse effectum per causas sive Logica artificiali; ergo &c. Rz. Dist: Min: potest nōsse effectum conclusione materiali & vi formæ fallibiliter Conc: Min: conclusione formalis & vi formæ infallibiliter N. Min: & N. Con: potest quis inferre conclusionem aliquam (: quoad materiam ex necessaria connexione prædicati cum subiecto;) certam; ut autem perfectè sciat, hanc

con-

conclusionem formaliter ac infallibiliter sequi, ex præmissis ita dispositis, debet insuper nōsse rationem, quare ejusmodi præmissarum dispositio quoad formam sit infallibilis, ergo, &c.

Obijc. Tertiò. Logica fuit inventa cùm Autores obseruassent differentiam inter conclusiones evidentes, probabiles & falsas; ergo ante Logicam artificialem eliciebantur conclusiones scientificæ; ergo &c. Rz. Dist: Cons: eliciebantur Conclusiones evidentes, fortuito casu, vi formæ fallibiles Conc: Cons: ex certa ratione, vi formæ infallibiles N. Cons: qui primus fortuito casu elicuit conclusionem in se ipsa Scientificam; non fuit perfectè sciens: quia ignoravit rationem infallibilem ac universalem, eur ex præmissis ita dispositis ista conclusio evidenter sequetur, habuit ergo scientiam, sed non scientificè, adeoque habuit scientiam materialiter & imperfectè.

Obijc. Quartò. Cæteræ scientiæ distinguuntur essentialiter & realiter à Logica, ergo habent evidentiam essentialiter & realiter à Logica diversam; ergo certitudo ac evidencia aliarum scientiarum est independens à Logica; ergo &c. Rz. Dist: Cons: ergo habent evidentiam materialē, & vi materiae à Logica diversam Conc: Cons: for- malem

malem & vi formæ N. Cons: artificium syllogisticum quo in suis materijs singulæ cæteræ Scientiæ utuntur, dum conclusiones suas deducunt ; pertinent ad Logicam ; utpote Magistrum illius artificij : ergo hoc sensu neque sunt à Logica independentes.

Obijc. Quintò. Hippocrates Medicinam, Ægyptij Mathematicam, alij Jus Canonicum & Civile, perfectè addidicerunt sinè Logica Artificiali ; ergo &c. R. Dist: Ant: addidicerunt quoad documenta artis & experientias conc: Ant: quoad certitudinem ac formam scientificam N: ant: & N. Cons: facultates in quantum sunt artes, addisci possunt sinè Logica artificiali : in quantum sunt Scientiæ, perfectè addisci non possunt. Si jam enumerati Scientiam habuerunt; ipsi experientiâ & inventione propriâ Logicam artificialiem sibi comparârunt.

Urge: Multi Solo lumine naturæ instruti bene argumentantur &c. ut constat experientiâ ; ergo &c. R. Dist: Ant: bene materialiter, fortuito casu, & cum periculo errandi Conc: Ant: bene formaliter, vi formæ & ex ratione infallibili N. Ants: & N. Cons: Ignorant sæpe tales rationem , cur hæc conclusio bene sequatur, & ideo perfectè scientes non sunt.

Obijc. Sextò. Ad Scientiam sufficit cognitio

nitio de bonitate conclusionis in actu exercito : nec requiritur cognitio reflexa & in actu signato, ergo &c. R. Dist: Ant: ad Scientiam materialiter & imperfectè talem Conc: Ant: ad Scientiam formaliter & perfectè talem N. Ant: & N. Cons: Rectè etenim dixit P. SUAREZ Tom: I. Met. d. I. S. 4. num. 26. Si quis conficiat rationem , quæ in se sit demonstratio, ab ipso autem non cognoscatur , sed existimetur ratio probabilis, in illo non gignet veram Scientiam. V. ratios Conclusionis.

Obijc. Septimò. Logica est Scientia. Sed Logica potuit perfectè acquiri sinè alia Logica, nè procedatur in infinitum, ergo &c. R. Dist: Maj: Logica reflexè ex principijs per se notis deducta est Scientia Conc: Maj: Logica quocunque modo accepta, est Scientia N. Maj: Dist: etiam Min: Scientia Logica potuit perfectè acquiri sinè alia Logica. Scientia Conc: Min: sinè alia Logica arte N. Min: & Cons: Per inductionem experientiæ primum habita sunt præcepta rectè definiendi, argumentandi &c. & tunc Logica fuit tantum ars. Arist: deinde hæc ipsa præcepta demonstravit ex principijs per se notis, & sic Logica evasit Scientia.

Utautem Aristoteles, præcepta ex primis principijs deduceret discursu infallibili , ne-

cet-

cessarium fuit: ut illa terminorum propositionumque dispositio esset infallibilis, ergo necessarium erat, ut Arist: per inductionem experimentalem certus esset, quod terminis ac propositionibus ita dispositis, non sit periculum errandi in argumentatione; ergo Ars Logica fuit necessaria, ad conclusionem vi formae Syllogisticae infallibilem, inferendam.

THESIS IV.

Universale extra intellectum,
quæsiverunt multi, nemo
invenit.

Ita Arist: 7. Metaph: à t. 44. & l. I.
de An. t. 8. D. Th. lec. I, ibid. P. Rode-
ricus Arriaga disp. 4. Log. S. 2.
num. 6.

Prob: ratione: Implicitat ut una eadēm que essentia à parte rei simul sit una & multa. Atqui hoc requiritur ad universale formaliter sumtum, ut colligitur ex Arist: 7. Metaph: t. 43. & 1. de interpret: C. 5. ergo implicitat ut essentia à parte rei sit formaliter universalis Maj: prob: Essentia si sit una, est indivisa; ergo excludit divisionem.

Si

Si est multa, est divisa; ergo excludit indivisionem, ergo si eadem essentia esset una & multa, esset indivisa & non esset: esset divisa & non esset.

Obijc. Primò. Universale & singulare sunt correlativa. Sed dantur à parte rei singulare; ergo etiam universalia; quia correlativa secundum Arist: sunt simul. Ex. Dist: Maj: sunt correlativa formaliter; post operationem intellectus Conc: Maj: ante operationem intellectus N. Maj: Conc: Min: & N. Conc: Correlativa debent ambo existere; Sed non est opus ut existant in eodem statu, & eodem modo. Sic cognitio refertur ad rem cognitam; & tamen cognitio existit in intellectu: res cognita existit extra intellectum. Bene etenim annotant Conimbr: quod ambo correlativa debeant esse extra intellectum, si inter illa detur relatio realis: non autem si detur tantum relatio rationis; qualis est inter singulare: & universale; inter primam & secundam intentionem.

Obijc: Secundò. Universale prædicatur de inferioribus cum veritate. Sed nihil potest de illis prædicari cum veritate nisi ipsis à parte rei identificetur; ergo &c. Ex. Dist: Maj: Universale quod universale & materialiter sumtum, prædicatur de inferioribus Conc: Maj: universale quæ universale & for-

mali-

maliter sumtum (: seu secundum formam universalis :) prædicatur de inferioribus N. Maj: Conc: Min: & N: Conf: Forma faciens universale est cognitio: Atqui hæc non prædicatur de inferioribus; ergo &c.

Obijc: Tertiò. Rebus similibus inest una similitudo e. g. omnibus muris albis inest una similitudo coloris &c. ergo similitudo est unum quid, aptum inesse multis. Atqui universale est unum aptum inesse multis; ergo cùm detur à parte rei similitudo, dabitur etiam universale. Rx. Dist: ant: inest una similitudo, quā sit una, ratione nostrâ Conc: Ant: quā sit una realiter N. Ant: Dist: etiam Conf: ergo similitudo est unum quid, unitate aggregationis, quæ ad universale non sufficit. Conc: Conf: unitate formalis & actualis, quæ ad universale requiritur N. Conf: Dist: denique subs: Atqui universale est unum, unitate formalis & actualis Conc: subs: unum unitate quâcunque N. subs: & N. conf: Arist: D. Th. & Peripatetici requirunt ad universale ut illi ipsi essentiæ, cui convenit unitas, simul etiam conveniat multitudo. hinc dicitur universale unum & multum in eadem ratione. Similitudo autem est una in ratione totius similitudinis, & est multa in ratione similiū; ergo est una & multa in diversa ratione. Deinde: entia similia dicunt ad se realem relatio-

tionem, sed relatio est respectus unius *ad aliud*; ergo illud ad quod refertur simile, debet esse aliud; ergo debet esse distinctum à relato, ergo non est formaliter unum cum illo. Denique similitudo essentialiter dicit hanc rem esse talem; qualis est altera (: nihil enim sibimet ipsi potest esse simile :) ergo similitudo essentialiter dicit pluralitatem. Atqui pluralitas in eo statu, atque in ea ratione, excludit, & destruit unitatem, in qua est pluralitas; ergo similitudo non est formaliter una.

Obijc: Quartò. Dantur ideæ Platonicæ, quæ sint essentiæ à singularitatibus realiter separatae, à quibus & ad quarum exemplar, producantur singularia; ergo &c. Rx. N. Ant: quia implicat essentiam realiter separari ab eo, cuius est essentia. alias enim realiter separaretur à se ipsa. Atqui Ideæ ejusmodi juxta Platonem (: ut refert Arist:) sunt essentiæ singularium; ergo implicat eas existere realiter, separatas à singularibus.

Urg: Objecta eodem modo sunt in intellectu cognoscente: quo modo sunt in se ipsis à parte rei. Atqui in intellectu cognoscente sunt objecta universalia; ergo &c. Rx. N. Maj: quia intellectus noster habet virtutem cognoscitivam universalem, per quam intentionaliter fieri potest omnia, ut ostendit Arist: 3. de a-

de anima. Adeoque intellectus potest recipere species vicarias, ac formas intentionales omnium rerum non quidem eo modo quo res sunt in se ipsis à parte rei singulares: sed abstrahendo essentias à singularitatibus; ergo non sunt res eodem modo in intellectu, quo sunt extra intellectum.

Repl. Nisi essentiae sint à parte rei universales, erunt singulares, adeoque mutabiles, ergo nulla poterit dari de rebus Scientia; quia Scientia est de immutabilibus ac necessariis. R. Dist: ultimi: part: Ant: adeoque mutabiles quoad existentiam Conc: ant: quo: ad essentialēm prædicati cū subjecto connexionem N. Ant: & N. Cons: Scientia est de rebus immutabilibus ac necessariis Metaphysicè, hoc est: quoad connexionem prædicti cū subjecto. Sic immutabiliter verum est: quod homo sit animal rationale, &c.

Objic: Quintò. Omnes homines sunt ex iudeis specie; ergo est una essentia in omnibus individuis humanis à parte rei. ergo ante operationem intellectus, datur una essentia quæ sit apta inesse multis, ergo &c. R. Dist: Cons: ergo est à parte rei una essentia, unitate similitudinis Conc: Cons: unitate indistinctionis ac identitatis N. Cons: & N. illat. Petrus, Paulus &c. habent similia prædicta essentialia, adeoque numericè di-


finis

stincta. Quod autem non sit una à parte rei indistincta essentia in omnibus individuis, inde patet: quia essentia est g: humana, identificatur realiter multis hæcceitatibus; ergo multæ hæcceitates communicant illi essentialēm formalem, ergo faciunt illam essentiam numero multam, ergo non relinquunt illam essentiam in omnibus identice unam.

Secundò. Si esset una essentia unitate à identitatis seu indistinctionis, in omnibus individuis tunc una, eadēque essentia identificaretur Petreitati, Pauleitati &c. ergo una eadēque indistincta essentia hominis, nasceretur in Petro, moreretur in Paulo: salvaretur in Justo, damnaretur in peccatore; contradiceret sibi, dum Petrus contradicit Paulo: amaret dum amat Petrus: odio haberet idem objectum, dum illud odit Paulus &c. quæ omnia videntur incongruè dici.

Tertio. Si dislingveretur essentia ex natura rei ante operationem intellectus: tunc unitas esset in essentia; multitudo in hæcceitatibus; ergo non esset unitas & multitudo in eadem ratione, ergo necdum assignaretur universale à parte rei.

THE



THEISIS V.

Potest essentia perfectè forma-
liter præscindi à differentijs
eam dividentibus.

*Constat ex Aristotele I. 6. Topic: c. 2. n.
1. & 3. Metaph: T. 10. D. Th: 1. p. quæst:
40. a: 3. P. Franci: Suarez To: 1. Metaph: d.
6. S. 10. n. 2 3. & 24. P. Th. Compt:
d. 25. Logi: Sec: 2.*

Prob: rat: rationale est: g: non est de es-
sentia animalis: ergo potest cognosci
essentia animalis, quin cognoscatur ra-
tionale, ergo &c. Ant: patet, quia rationale
nec est genus, nec differentia constitutiva a-
nimalis: & aliás ubique inveniretur essentia
animalis, ibi inveniretur rationale. atq; ita om-
ne brutū esset rationale Conf: prob: dum cog-
noscitur essentia animalis, tunc illa cognitio
non repræsentat id, quod non est ullo modo
constitutivum essentiæ animalis. Atqui ratio-
nale non est ullo modo constitutivum, essen-
tiæ animalis; ergo cognitio repræsentans es-
sentiam animalis, non repræsentat ullo modo
rationale.

Con-

Essentia potest perfectè formaliter, &c. 25
Confirm: Primò. Singulæ species conti-
nent in sua essentia totum id, quod prædicat-
um genericum involvit in sua essentia; ergo
si prædicatum genericum involvit in sua es-
sentia differentias divisivas: quælibet species
in sua essentia involveret illas differentias.
ergo essentia e: g: hominis involveret diffe-
rentias omnium brutorum, quod videretur
esse chimæricum.

Confirm. Secundò. Idem nomen *animal*
potest prædicari de Leone & homine: idem
nomen *rationale*, non potest prædicari de
Leone & homine. ergo ly *animal* repræsen-
tat rationem seu essentiam diversam, ab ea
essentia, quam repræsentat ly *rationale*; ergo
essentia animalis non includit essentiam ratio-
nalis; ergo essentia animalis potest concipi,
quoniam concipiatur essentia rationalis.

Confirm: Tertio. Negatis præcisionibus
formalibus perfectis, nequit ostendi: quomo-
do scientiæ perfectè inter se differant, quæ
circa idem objectum materiale, subdiversa
ratione formaliter versantur; quia nulla scientiæ
cognoscet unam formalitatem sibi specifi-
cam, quin eo ipso cognoscat omnes illi rea-
liter identificatas. Item: abstractorum con-
cretorumque nomina, erunt prorsus Synony-
ma, quia ex: gr. animalitas totum involvet,
quod realiter involvit animal &c. frustra

B

igitur

igitur laboravit! Theologia & Philosophia disputando: quænam prædicata de se prædicari possint in concreto? quænam tantum in abstracto? Imò etiam ipsi Adversarij frustrâ adhibent in suis prædicationibus reduplicaciones; si per reduplicationem alia formalitates realiter identificatæ, intentionaliter non separantur ab ea, supra quam cadit particula reduplicans.

Obijc: Primo. Essentia animalis e: g: involvit tantum indeterminatè essentiam rationalis vel irrationalis, ergo non sequitur ubiunque invenietur animal, ibi etiam inveniuntur rationales. *R.* N. Ant: quia nec rationale nec irrationale est aut genus aut differentia animalis constitutiva, ergo neutrum est de essentia Metaphysica animalis. Deinde & rationale adjunctum animali constituit speciem, nempe Hominis: & irrationale cum animali constituit speciem subalternam bruti; ergo quæcunque ex differentijs, etiam indeterminatè & disjunctivè involveret: animal esset species, ergo &c.

Denique: quæcunque etiam indeterminatè accepta, est ex ratione differentiae ratio convenientiendi, & formaliter facit dissimilitudinem: ergo quæcunque differentia, etiam indeterminatè involveretur in animali, impediret, quod minus animal posset esse ratio univoca & perfectè similis.

Obijc: Secundò. Si homo ut animal produceretur: ut rationale non produceretur; sequent contradictiones; ergo etiam si homo ut animal cognoscatur, ut rationale non cognoscatur; erunt contradictiones. *R.* N. C. dispar: est: quia produci & non produci, dicitur de eodem secundum idem: cognosci & non cognosci, de eodem secundum diversas formalitates extrinsecè, intentionaliter per intellectum in actu exercito divisas. Produci enim est denominatio realis & intrinseca: conveniens rei prout realiter est, ergo si produceretur animal, & non produceretur rationale; tunc ipsum rationale produceretur & non produceretur. cognosci autem est tantum denominatio intentionalis & extrinseca. Ergo in quantum homo à cognitione (: quæ est intentionalis imago :) repræsentatur: in tantum extrinsecè dicitur cognitus. Ergo si cognitione non sit imago repræsentativa omnium, quæ in homine realiter & Physicè identificantur: fiet tantum separatio intentionalis & extrinseca: cui indivisibilitas realis ac physica nihil obstat; cum sit in alio genere ac statu.

Obijc: Tertiò. In homine non sunt duæ formalites divisæ, quarum una sit animal altera rationale. Ergo non potest Dici homo, secundum animal cognosci; secundum rationale,

uale, non cognosci. Ex. Dist: Ant: In homine non sunt autem operationem intellectus duas formalitates actu divisae Conc: Ant: non sunt duas in potentia divisae N. Ant: & N. C. Licet in homine animal rationale, sit una physice, intrinsecè ac realiter indivisibilis res; est tamen divisibilis intentionaliter, logicè, & extrinsecè. idemque realiter indivisibilis homo dicit aptitudinem & potentiam ad hoc, ut representetur percognitionem, quæ representat animal; & sic in actu exercito extrinsecè per cognitionem, animal fit intentionaliter aliud quid à rationali. Instantiam do: lignum continuum ante scissionem est actu indivisum: habet tamen potentiam & aptitudinem ut scindatur, & per scissionem in actu exercito sit divisum.

Replicabis. Ex hac response sequitur: quod animal habeat potentiam passivam, ut possit cognosci, per cognitionem A, quæ representat solum principium sentiendi; & rationale non habeat potentiam passivam ut possit cognosci, per eandem cognitionem. Atqui eandem realiter indivisibilem rem habere potentiam passivam: & non habere ad idem, sunt contradictoria, ergo. Hoc totum argumentum potest retorqueri in Adversarios; qui dicunt animal cognosci clarè: rationale tantum obscurè. Sicut ergo illi dicent impo-

impotentiam ut clarè cognoscatur rationale, esse merè extrinsecam; & provenire à cognitione; ita & nos respondebimus. Ex. Igitur in forma N. secundam part: Maj: Ex eo quod rationale non cognoscatur per cognitionem animalis, tantum sequitur, quod rationale habeat potentiam, ut non cognoscatur per cognitionem representativam animalis. Ratio est: quia negato actu, non bene negatur potentia. Sic autem animal potest cognosci, rationale potest non cognosci; utraque est affirmativa; quæ igitur est contradicatio?

Unde rationale non habet impotentiam intrinsecam & passivam in se: ob quam dicitur non posse cognosci; sed tota impotentia oritur ab extrinseco, ob limitatam cognitionem, quæ ex supposito est tantum representativa animalis. Sic centenarius in se est portabilis; quod autem dicatur non posse portari ab infante, innuit solum impotentiam extrinsecam in infante. Sic Sol est in se visibilis, quod autem dicatur non posse videri à coeco, est impotentia proveniens solum ab extrinseco defectu videntis, &c. Cujus ulterior ratio est: quia si accederent vires infanti, aut cæco &c: nullâ novâ potentia passivâ intrinsecâ accidente, centenario, soli &c. ille portaretur iste videretur. sic etiam: si representatio animalis extenderetur etiam ad ra-

30 *Essentia potest
tionale, tūc rationale cādē cognitione repræ-
sentaretur; nullā novā cognoscibilitate in-
trinsecā, aut virtute passivā, ex parte rationa-
lis accedente.*

Obijc: Quartō. Animal hominis est essen-
tialiter idem cum homine. Sed homo est essen-
tialiter idem cum rationali; ergo animal est
essentialiter idem cum rationali, ergo &c.
R. N. Maj: animal est tantum realiter idem
cum homine; non autem formaliter & es-
sentialiter, quia aliās non posset essentia ani-
malis esse in Leone, equo &c.

Urgeb: Licet animal simpliciter, possit esse
in leone &c; animal tamen hominis non
potest esse in leone, ergo &c. R. Dist: se-
cund: par: Ant: animal hominis, in qua-
ntum est hominis C. Ant: animal hominis quod
est hominis N. Ant: & Cons: essentiæ anima-
lis secundum se, accidit, quod sit in homine,
est enim secundum se indifferens ad homi-
nem, eqnum &c.

Fateor ergo quod animal hominis quā ho-
minis, non possit perfectè præscindi ab ho-
mine. Quia animal sic reduplicativè sumptū
in suo conceptu adæquato involvit ipsum
hominem. Adeoque animal hominis quā
hominis involvit ea, quae constituant homi-
nem. Nos autem loquimur de animali
secundum se, & simpliciter, dum dicimus

ani-

perfectè formaliter præscindi. 31
animal perfectè præscindi à rationali & ir-
rationali.

Obijc: Quintō. Cognitio, quæ identi-
ficaret (: etiam extrinsecè tantum & per re-
præsentationem:) duo realiter distincta Pe-
trum e: g: cum Paulo; esset falsa, faceret
que chimæram, ergo etiam cognitio, quæ
extrinsecè, & per repræsentationem distin-
guit animal realiter identificatum, à ratio-
nali, est falsa, facitque chimæram. R. N.
Cons: quia cognitio, quæ identificat Pe-
trum cum Paulo, est judicativa; facitque ex-
trinsecè identitatē per affirmationē. cognitio
autē distinguens extrinsecè animal à rationa-
li, est tantum apprehensio; nec affirmat animal
esse realiter sīnē rationali. Vide S. Tho: 1. parte
q. 85. a. 1. ad 1. Unde sicut intellectus non est
falsus, nec facit chimæram, si solum appre-
hendat Petrum & Paulum unā indivisibili
cognitione: Sed tantum facit chimæram, &
fallitur, si affirmet identitatem inter Petrum
& Paulum: ita apprehensio quā concipitur
animal sīnē rationali, non facit chimæram.
Faceret autem si affirmaret animal realiter
non esse rationale. Et ideò dixit Arist. 2.
Phys. t. 18. abstrahentium (: præscinder-
tium:) nos eff mendacium. hoc est Interpretē
D. Th. non est falsitas. Quia falsitas forma-
liter tantum convenit cognitionibus judica-
tivis

tivis, quæ aliquid de aliquo enunciant affirmando vel negando; quod non facit apprehensio. Falliturne speculum, quod genuinè representat vultum, licet ob molis insufficienciam non representet pedes. Falliturne oculus, qui representat colorem pomi: & odorem pomi non representat? falliturne cognitio Adversariorum, cum faciunt universale multa confusè per modum unius, concipiendò? ut solvent, solvetur.

Infer ex dictis primò: Fundamentum præcisionis perfectæ, non esse tantum subtilitatem intellectus, quâ possit divisa adunare: & adunata dividere. Quia hinc sequeretur, quod etiam gradus inferior posset perfectè præscindi à superiore. Licet inferior essentia, liter involvat superiorē.

Infer Secundò: neque æquivalentiam, ad plures perfectiones, quæ alibi inveniuntur dispersæ, esse fundamentum sufficiens præcisionis perfectæ. Quia homo æquivalens substantiæ & corpori; quæ extra hominem distinguita inveniuntur in lapide & Angelo, &c. & tamen corpus nequit præscindi perfectè à substantia. DEUS æquivalens innumeris perfectionibus, & tamen una perfectè non potest præscindi ab altera.

Infer Tertiò: neque relatio ad diversos effectus acconnotata, est fundamentum sufficiens

præ-


præcisionis perfectæ. Quia actiones sunt suppositorum, ergo totum individuum e.g. Petrus, ponit actionem productivam illius effectus, ergo totus Petrus resertur ad illum effectum; non solum animal.

Infer Quartò: neque species impressa solius animalis vicaria, fundat præcisionem perfectam; quia etiam præscindimus perfectè illa, quorum effectus non videmus, ut substantiam à corpore. Deinde actiones sunt suppositorum, erga totum illud suppositum; produxit sui speciem impressam. Ad hæc: sensus percipit speciem motū, non animalis solius. Imò quia totum suppositum produxit motum, ex specie impressa motū, saltē confusè & indeterminatè cognoscetur totum suppositum.

Infer Quintò: neque hoc solum sufficit præcisioni perfectæ, quod alia sit ratio rei, alia objecti; & consequenter cum possit dare intellectus esse objectivum, ijs quæ nullo modo existunt: quod etiam possit dare illis esse distinctum, quæ realiter indistincta sunt. Quia adhuc quæretur: cur intellectus non possit facere duo objecta seu distinguere substantiam ab ente; gradum inferiorem à superiore, quem in sua essentia seu natura secundum se (: vide S. Tho. opus. de ente & essentia C. 4. P. Suarez d. 5. Metaph. S. 3.:)

34 *Essentia potest perfectè formaliter, &c.*

quæ significat prædicata essentialia; & alia realiter identificata, nec includit; nec positivè excludit. Sic essentia animalis secundum se, dicit principium sentiendi: non verò includit, rationale; quia aliàs rationale esset prædicatum essentiale *animalis secundum se*; nec posset dari essentia animalis nisi in homine. non tamen positivè excluditur rationale ab animali; quia aliàs illa exclusio rationalis, esset prædicatum constituens essentialiter animal. Atqui homo Ex: gr: in sua essentia involvit omnia prædicata essentialia animalis; ergo etiam homo excluderet rationale. Et vice versa, si per essentiam rationalis excluderetur animal; cùm homo involvat omnia prædicata essentialia rationalis, excluderet etiam homo, essentialiter, animal. Et sic per essentiam suam homo excluderet & animal & rationale.



THE-

35.

THESIS VI.

Per Abstractionem formalem perfectam, intellectus universale univocum format.

Constat ex Arist: 10. Metaph: 1. D.Th. 1.p:q:40.a.3. & op. 55.P.Th.Compton: d. 31. Logi: S. 2. num. 2.

Prob: rat: Dum cognitio essentiam representatam perfectè abstrahit à differentijs sive ad speciem, sive ad individuum contrahentibus, tunc illa essentia fit perfectè una, ut illi secundum se, non repugnet inesse pluribus; ergo fit universale univocum. Aut. prob. Dum cognitio perfectè abstrahit essentiam à differentijs eam dividentibus, abstrahit ab eo, quod essentiam multiplicat. ergo essentia per abstractionem fit una seu indivisa; ut illi secundum se non repugnet inesse pluribus individuis si species est: aut multis speciebus, si genus est.

Confirm. Juxta Arist. ac D. Th. universale metaphysi. univocum, fit per aliquam

præcisionem intellectus. Atqui non potest fieri per præcisionem formalem imperfectam, quæ confusè & implicitè repræsentat omnes differentias, essentiam illā, sive ad speciē sive ad individū contrahentes; ergo sit per præcisionem perfectam. Min. prob. univoca debent uno conceptu repræsentare essentiam omnino & penitus similem; ut constat ex Aristotele in Antepræd. C. I. D. Th. & alijs: Atqui cognitione quæ repræsentat saltēm obscurè & implicitè differentias; non repræsentat essentiam omnino & penitus similem, quia differentia quæcunque ex essentiali conceptu suo, dicit rationem disconveniendi, seu rationem dissimilitudinis &c. ergo &c.

Obijc. Primo. Essentia perfectè præcisa, est realiter omnium hominum; Atqui essentia omnium hominum non potest intrinsecè tota prædicari de quovis individuo E. g. de Petro; quia alias Petrus haberet essentias omnium hominum, ergo essentia perfectè præcisa non potest intrinsecè prædicari de quovis individuo: ergo essentia sic præcisa non est universalis. Rz. N. Maj. nam essentia perfectè præcisa est essentia secundum se, quia hæc est objectum actus perfectè præscindentis. Essentia autem secundum se, nihil dicit nisi prædicata essentialia: & inter prædicata essentialia non sunt hæc eti-

tes. nam istæ per accidens convenienter essentia secundum se. unde Rz. dist: Maj: illa essentia est realiter omnium hominum, per accidens & ratione statutus physici C. Maj: per se & ratione sui N. Maj. dist. etiam Min. essentia in quantum est omnium hominum non potest intrinsecè prædicari tota de Petro C. Min. quæ est omnium hominum N. Min: æquivocatio etiam est in ly tota. Semel enim significat totalitatem materialem, numericam & extensivam: & altera vice totalitatem formalem ac essentialiem, quæ nihil dicit nisi omnia prædicata essentialia. Tota ergo hominis essentia prædicatur de Petro: quia omnia prædicata essentialia humanæ naturæ secundum se, prædicantur de Petro. totalitas autem materialis & extensiva, dicit omnia hominum individua, quibus natura humana per accidens in statu Physico conjungitur. Atque ideo haec totalitas de Petro, non potest prædicari: cum Petrus non sit omnia individua.

Urgeb: Essentia est præcisa ab omnibus hominibus, sed prædicatur de Petro essentia præcisa: ergo prædicatur essentia omnium hominum. Rz. Dist. Min. prædicatur de Petro essentia quæ præcisa est Conc. Min. essentia quæ præcisa est N. Min. Prædicatur de Petro Natura humana secundum se, cui &

unitas seu universalitas per præcisionem: & multiplicitas per statum physicum continenter accidit.

Obijc. Secundò. Quæcumque sunt eadem uni tertio sunt idem inter se; sed Petrus identificatur naturæ secundùm se, & Paulus identificatur eidem naturæ secundùm se, quia natura secundùm se de utroque intrinsecè prædicatur; ergo Petrus & Paulus sunt idem inter se. Rg. Dist: 2. partem Min: & Paulus identificatur eidem formaliter ac essentialiter Naturæ secundùm se Conc: Min: eidem realiter materialiter ac numericè naturæ secundùm se N. Min. & N. Cons. Petrus & Paulus non habent naturam humanam essentialiter ac formaliter distinctam: habent tamen naturam humanam materialiter & numericè distinctam. Unde ut probaretur ex nostra sententia sequi: quod Petrus & Paulus sint idem realiter; deberet probari: quod naturæ, realiter ac numericè eidem identi- ficietur Paulus: cui identificatur Petrus,

Obijc. Tertiò. Nihil est in Petro, quod est realiter in Paulo, ergo non potest una eadèmque natura humana prædicari de Petro & Paulo. Cons. prob. nihil potest verè prædicari de Petro, nisi quod est realiter in Petro. Sed natura quæ est realiter in Paulo, non est realiter in Petro, ergo eadem natura

quæ

quæ est in Paulo, non potest prædicari de Petro. ergo, &c. Rg. Dist. Ant. nihil est in Petro identicè & per identitatem; quod est realiter in Paulo C. Ant. nihil est persimilitudinem in Petro, quod est realiter in Paulo N. Ant: Dist. Conf. ergo non potest una eadèmque realiter, & numericè, natura humana prædicari de Petro & Paulo Conc: Conf. una eadèmque formaliter ac essentialiter natura humana N. Cons.

THESES VII.

Cognitio, quæ essentiam secundùm se, reflexè cum inferioribus comparat, universale Logicum; seu proximè prædicabile, formaliter patet.

*Colligitur ex Arist:L:1.de Interpr:D.
Th. tb: lec. 10. opus. de ente & essentia C:
4. sub finem: P. Thom. Compt. disp. 32.
Log. Sec. 1. num. 1.*

Prob. ratio: Logica considerat universale in ordine ad scientificas prædications, definitiones, aliisque hujusmodi artefacta Logicæ facienda. Atqui hæc non possunt fieri, nisi sciatur, an formalitas præcisa sit universale Genericum? an specificum?

cum? an differentiale? &c. & hoc non pot. est sciti, nisi universale praeclsum reflexe comparetur cum suis inferioribus, quia per solum ordinem ad inferiora discernimus universale genericum à specifico: in quantum scilicet species dicit ordinem ad differentias ultimas & numericas; Genus verò ad differentias essentiales, ac specificas; ergo universale Logicum ab actu reflexo comparativo formaliter denominatur prædicabile de inferioribus; adeoque tribuit essentiæ præcisa relationem rationis ad inferiora.

Confirm. Universale Logicum est una essentia apta prædicari de pluribus. Atqui essentia per præcisionem una: per actum reflexum & comparativum fit proximè apta prædicari de pluribus; ergo &c. Min. prob. per hoc fit essentia proximè apta, prædicari de pluribus; quod intellectus advertat ipsam habere relationem & aptitudinem ad plura inferiora. Atqui per actum reflexè comparativum advertit intellectus essentiam habere relationem ac aptitudinem ad plura inferiora; ergo &c.

Obijc. Primo. Universale Logicum est proprietas consequens ad Metaphysicum; ergo cum ad universale Metaphysicum sufficiat actus præcisivus: etiam sufficiet ad universale Logicum, ergo non est opus actu

com.

comparativo. Cons. prob. qui dat esse, dat etiam consequentia ad esse; ut habet axioma; sed actus præcisivus, dat aptitudinem ad inesse multis; ergo etiam dat aptitudinem ad prædicari de multis. R. N. Cons. ad probationem explicto axiomam: qui dat esse physicum C. Maj. qui dat esse secundò intentionale N. Maj. Dist. Min. actus præcisivus dat aptitudinem negativam, prout aptitudo dicit non repugnantiam ad inesse multis C. Min. dat aptitudinem positivam N. Min. & Cons. Aptum prædicari proximè & formaliter; dicit secundam intentionem seu relationem rationis, quā intellectus advertat convenientiam essentiæ abstractæ cum inferioribus, ergo dicit actum comparativum vi cuius advertat intellectus illam convenientiam essentiæ cum inferioribus.

Objic. Secundò. Id quod formaliter facit album etiam formaliter facit ut possit dici album, ergo hoc ipsum quod facit formaliter aptum in esse multis: facit, formaliter aptum prædicari de multis; ergo sufficit actus abstractivus. R. Dist. Ant. etiam formaliter facit ut remotè possit dici album Con. Ant. ut proximè possit dici N. Ant. Dist. Similiter Cons. & N. Cons. nisi intellectus advertat albedinem (quæ est forma faciens formaliter album:) in esse parieti: non erit

pre-

proximè potens prædicare ly *album* de parie. te; ergo etiam, ut essentia, quæ abstracta est, sit proximè prædicabilis de inferioribus, requiritur actus comparativus, vi cuius cognoscat intellectus, essentiam posse multis inferioribus inesse.

Obijc. Tertiò. Actus comparativus non dat unitatem; ergo non facit universale. R. Dist. Cons. ergo non facit universale Metaphysicum seu *in essendo* Conc. Cons. non facit universale Logicum & proximè prædicabile N. Cons. Actus abstrahens essentiam à differentijs dividentibus & realiter illam multiplicantibus, dat formaliter essentiæ unitatem; superveniens actus comparativus dat formaliter eidem essentiæ jam uni proximam prædicabilitatem, respectu inferiorum.

Obijc. Quartò. Actus comparatiyus comparat essentiam abstractam cum inferioribus; ergo non relinquit separatam ab inferioribus; ergo destruit fundamentum universalis; ergo &c. R. N. Cons. quia nisi relinqueret separatam intentionaliter: non posset comparare illam cum inferioribus. Comparatio enim non datur, nisi sit aliquid, quod comparetur: & aliquid cum quo compareatur.

Obijc. Quintò. Actus comparativus cognoscit

noscit multa à multa, ergo destruit unitatem universalis. R. Dist. Ant. cognoscit multa à multa ex parte inferiorum Conc. Ant. ex parte essentiæ abstractæ N. Ant. & N. Cons. Actus comparativus cognoscit multitudinem eorum, de quibus essentia prædicari potest: adeoque videt multitudinem ex parte subjecti; ex parte autem prædicati unitatem: quia cognoscit, quod una essentia abstracta possit inesse multis per prædicationem.

THEISIS VIII.
Neque universalis essentia immutatur: dum de inferioribus prædicatur.

Ità Aristot: 10. Metaph. C. I. & II.
D.Th. q. 7. de potent. a. I t. apud PP.
Conimbric. q. 6. de univer. a. 4.

Prob. rat. si in prædicatione, non maneret essentia universalis: nulla daretur prædicatio universalis & scientifica. Atqui juxta omnes Peripateticos, dantur prædications universales & scientificæ; ergo &c. Sequela Maj. prob. Quia illa prædicatione est universalis, cuius prædicatum est universalis: ea verò est prædicatio particularis cuius

cujus prædicatum est particulare; ergo &c.
Confirm. Actus repræsentans animal, etiam in prædicatione est abstractivus: & non repræsentat differentias, ergo etiam in actuall prædicatione e. g. ly *animal* est universale. Deinde: ista prædicatio: *Petrus est homo*; est ex parte prædicati diversa ab hac: *Petrus est hic homo*; ergo in prima, prædicatum repræsentat hominem præcisum ab hæcceitate; ergo &c.

Obijc. Primò. Illud prædicatur e. g. de Petro, quod realiter identificatur Petro. Sed Petro realiter identificatur animal singulare; ergo prædicatur de Petro animal singulare.

R. Dist. Maj. Illud prædicatur de Petro quod realiter identificatur, eo modo, quo cognoscitur Conc. Maj. eo modo quo realiter identificatur N. Maj. Cognoscitur animal sine differentijs; ergo prædicatur sine differentijs: non tamen excludit vi prædicationis differentias.

Obijc. Secundò. Ille actus est falsus, qui aliquid aliter de subjecto affirmat, quam realiter sit in subjecto. Atqui nisi affirmet animal singulare e. g. de Petro, affirmat aliquid aliter de subjecto, quam realiter sit in subjecto, nempe Petro; ergo R. Dist. Maj. qui aliquid aliter affirmat, per modum exclusionis, est falsus

falsus Cone. per modum præcisionis N. Maj. Dist. similiter Min. & N. Conf. Si actus affirmaret de Petro, quod sit *animal tantum*, esset prædicatio falsa; quia excluderet alia prædicata, quæ præter animal sunt in Petro. Sed affirmando quod sit animal, & præscindendo an aliquid sit in Petro præter animal, non est prædicatio falsa. Sic qui decem currentibus affirmat tres currere, verum dicit, si in modo prædicandi cæteros non excludat. Et ratio est: quia affirmatio unius non est negatio alterius. Sic etiam affirmando Petrum esse Logicum; non nego esse musicum &c.

Replicabis: Judicium non potest præscindere; ergo &c. R. N. Conf. Potest enim præcisiuum prædicatum cum subjecto componere. Et hoc faciendo erit prædicatio inadæquata, non tamen falsa; quia animal e. g. est in potentia, ut conjugatur omnibus, quæ realiter sunt in Petro.

Duplicabis ergo poterit intellectus de subjecto prædicare partem. R. Dist: Illat: Partem quæ est pars, & materialiter C. Ill. partem ut partem reduplicative & formaliter N. Ill. quia pars ut pars, in modo significandi excludit aliæ partes. Id vero quod prædicatur prædicatione inadæquatâ, non excludit aliâ prædicata; sed est totum potentiale, quod potest conjungi cæteris in subjecto repertis.

Obijc. Tertiò. Essentia quæ prædicatur, conjungitur cum singularitate ; ergo non manet universalis. R. Dist. Ant. conjungitur singularitati in subiecto Conc. Ant. in prædicato N. Ant. & Cons. quod repræsentatur per subiectum, habet conjunctam hæcceitatem ; dum dico : *Petrus est animal.* Non autem quod repræsentatur per prædicatum. Unde Dist. Ant. aliter : conjungitur singularitati quoad verificationem Conc. Ant. quoad repræsentationem prædicati N. Ant. prædicatum non repræsentat individua ; ergo adhuc manet universale.

Obijc. Quartò. Quando essentia fit multiplex, cessat esse una. Atqui in prædicatione fit multiplex ; ergo. R. Dist. Maj. quando essentia sit multiplex in repræsentatione cessat esse una in repræsentatione Conc. Maj. quando fit multiplex tantum in verificatione ; cessat esse una in repræsentatione N. Maj. quamdiu essentia repræsentatur sine hæcceitate, tamdiu manet universalis. Atqui prædicatum repræsentat essentiam sine hæcceitate ; ergo essentia manet extrinsecè una, ac universalis.

Obijc. Quintò. Modus cognoscendi & prædicandi sequitur modum essendi. Atqui animal est cum hæcceitate in Petro ; ergo etiam debet cognosci & prædicari cum hæc-

ceitate. R. Explico axioma . modus operandi sequitur modum essendi, potentia cognoscitivæ Conc. Maj. modum essendi rei cognitæ N. Maj. Ratio explicationis est: quia allegatum axioma fundatur in eo : quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur. Sic potentia cognoscitiva, quæ in essendo est materialis, cognoscit materialiter. Potentia autem spiritualis, ac immaterialis, qualis est intellectus, cognoscit immaterialiter; adeoq; sine unitate materiali ac numerica.

Quæres: quænā sint regulæ prædicationū? R. prima est: pars quā pars, non potest prædicari de toto; quia quod prædicatur de altero, dicitur esse idem cum altero. Atqui pars ut pars non est idem cum suo toto ; ergo &c. Neque pars ut pars potest prædicari de parte, quia pars ut pars non includit alteram partem ; alijs pars esset æqualis suo toti ; ergo &c.

Secunda : Concreta prædicantur cum veritate de concretis. E. g. *homo est animal:* Ratio est: quia concretum significat totum. Atqui totum potest prædicari de toto ; ergo.

Dices : Animal non est totum sed pars hominis ; ergo &c. R. non est totum actuale Conc. Ant. non est totum potentiale. N. Ant. animal in quantum est pars hominis , significat tantum principium sentiendi , &

48 *Essentia Universalis acta prædicatur.*
sic falsa est prædicatio : homo est animal. Prædicatur ergo animal, de homine, quod est totum potentiale, seu quod dicit potentiam ut contrahatur ad rationale.


Tertia. Abstracta de abstractis non possunt prædicari, sic falsa est prædicatio: *animalitas est rationalitas*: Ratio est: quia pars ut pars, non est altera pars, ergo non potest de altera prædicari:

Dices: Hæ prædicationes sunt veræ: *humanitas est animalitas*; ergo &c. R. Dis. Ant. Sunt veræ in sensu reali Con. Ant. in sensu formalis N. Ant. Animalitas non est tota ratio formalis, cur homo sit homo; humanitas est tota ratio formalis cur homo, sit homo; ergo humanitas & animalitas, formaliter non significant
idem.



THE-

49.



THESIS IX.

Quidquid prædicatur universaliter, vel ut genus, vel ut differentia, vel ut Species, vel ut proprium vel ut accidens prædicatur.

Ita Aristot: I. Top. C. 3. 4. 5. & alibi.
D. Th. I. contra Gen. c. 32. P. Frane
oviedo Log. controv. 7. punto 7. P. Pet.
Hurt. disp. 7. Log. sec. 2.

PROB. ratio: Quia quidquid prædicatur tanquam superius de inferiore, vel prædicatur essentialiter, vel non essentialiter, seu accidentaliter. Si essentialiter, vel prædicatur ut tota essentia de subjecto, estque species: ut *Petrus est homo*; vel prædicatur solum inadæquatè essentia, & tunc, si prædicetur substantivè ac per modum per se stantis, est genus: ut *homo est animal*. vel prædicatur adjectivè per modum adjacentis, estque differentia, ut *homo est rationalis*. Quòd si prædicetur accidentaliter per modum adjacentis, vel prædicatur ut necessariò connexum & convertibile, etum essentia; & est proprium: ut *Petrus est risibilis*, vel ut contingenter con-

C

nexus

50 Quidquid predicatur universaliter,
nexus cum essentia , & non convertibile
cum illa, estque prædicatio Accidentis com-
munis, ut Petrus est albus.

Confir. & explicatur: quodlibet universale
Logicum, vel est prædicabile essentialiter, vel
non essentialiter, si essentialiter: vel est præ-
dicabile ut tota essentia; & est species, vel non
ut tota essentia ; & tunc vel est prædicabile
ut pars determinabilis , & sic est genus, vel ut
pars determinans ; & sic est differentia, si au-
tem non prædicatur ut essentia ; vel prædi-
catur ut accidentis, necessariò ac convertibili-
ter consequens ex essentia; & dicitur , propri-
um, vel prædicatur ut accidentis necessariò ac
convertibiliter consequens ex essentia , & di-
citur Accidens antonomasticè; aut ut alij lo-
quuntur accidentis commune. ergo non dantur
nisì quinque diversæ aptitudines ad prædi-
cationem: ergo non dantur nisi quinque u-
niversalia proximè prædicabilia.

Obijc. Primo. Licet proprium Metaphy-
sicum sit convertibile essentialiter cum
essentia : proprium verò physicum tantum
connaturaliter; hæc tamen non constituit
diversa prædicabilia ; ergo etiam accidentis
commune non constituet diversum prædi-
cabile à proprio, B. N: Conf. Disp. est.
quia & proprium physicum & proprium Me-
taphysicum convenient in hoc , quòd sint

præ-

vel est Genus, &c.

51

prædicabilia convertibiliter de essentia ; ergo
modus prædicandi non est diversus Logicè.
Accidens autem nullo modo est convertibili-
le cum essentia ; ergo habet modum prædi-
cationis Logicè diversum à modo prædicandi
di proprium ; ergo &c.

Obijc. Secundò. Ens est prædicabile de
pluribus. Atqui ens non est genus (: ut docet
Aristot. 3. Metaph. :) nec ullum ex reliquis
quatuor prædicabilibus ; ergo datur sextum.
B. Disp. Min. non est genus univocum Conc.
Min. analogum N. Min & Conf. licet ergo
non formaliter & directè ens pertineat ad
primum prædicabile ; pertinet tamen indire-
ctè & reductivè ad genus.

Obijc. Tertio. Genus & species sunt duo
prædicabilia diversa ; ergo etiam differentia
subalterna & infima; ergo erunt plura prædi-
cabilia: Conf. prob. ideo genus & species sunt
prædicabilia diversa, quia genus prædicatur
de pluribus specie differentibus: species au-
tem de pluribus solo numero differentibus.
Atqui etiam differentia subalterna (: e. g. ly-
sensitivum :) prædicatur de specie differenti-
bus ; differentia infima (: e. g. rationale :)
de solo numero differentibus; ergo &c. B.
N. Conf. ad prob. N. causalem esse adæqua-
tam ; Sed ideo genus constituit diversum
prædicabile à specie: quia prædicatur de plu-

C 2

tibus

ribus specie differentibus, ut quid potentiale ac determinabile; species autem de solo numero differentibus prædicatur, ut quid perfectum ac determinatum. ergo est diversus modus prædicabilitatis generis ac speciei; at verò differentia, tam infima quam subalterna prædicatur in *quale quid*; ergo Logicè in modo prædicabilitatis convenientiunt.

THESES X.

**Species, cujus plura individua
implicant, universale Logicum
esse nequit.**

Deducitur ex Aristotelis doctrina; j.
de interp. apud S. Th. Lec. 10. item opus.
de ente & essentia c. 4. in fine P. Franc. Suarez
D. 5. Metaph. sec. 2. n. 28. P. Ildephons
Pennafiel D. 5. Log. q. ult.
num. 8.

Prob: rat: Juxta Aristotelem. D. Thom.
& omnes ferè Peripateticos: Universa-
le Logicum est proximè de multis præ-
dicabile. Atqui implicat ut essentia sit proximè prædicabilis de multis, si illa multa sint impossibilia, ergo implicat ut ejusmodi es-
sentia sit universale Logicum.

Min. prob: Essentia sit formaliter proximè
præ-

prædicabilis, per comparationem ad multa, de quibus prædicari potest. Sed implicat ut comparetur ad multa; Si multa sint impossibilia; ergo implicat ut essentia sit proximè prædicabilis de multis, si multa sint impossibilia.

Confirm. Primò: Implicat ut essentia verè prædicetur actū de multis, si multa sint impossibilia; ergo implicat ut essentia sit proximè prædicabilis cum veritate de multis, si multa sint impossibilia. Ant. per se patet: quia actualis prædicatio de multis erit falsa, si implicent multa. Conf. prob. Implicante actu implicat potentia ex Philosophorum axioma. Hoc est: Si actus est impossibilis, nulla est potentia ad actum; quia potentia dicit actum possibilem. Unde etiam aliud philosophorum est axioma; ad impossibile non datur potentia, saltè proxima; ergo cum implicet essentiam actu verè prædicari de multis; implicabit eam esse proximè prædicabilem de multis.

Confirm. Secundò. Essentia proximè prædicabilis de multis; essentialiter dicit respectum ac relationem ad multa; ergo implicantibus multis inferioribus implicabit etiam, ut essentia superior sit prædicabilis proximè de multis. Conf. prob. Implicante uno correlativo (: juxta Philosophos:) implicat etiam alterum correlativum quā tale. Atqui

54 *Implicantibus individuis,*
essentia superior proximè prædicabilis quā
talis est correlativum ad multa inferiora ;
ergo implicantibus multis imploabit etiam
ut essētia sit proximè prædicabilis de multis.

Confirm. Tertiō. Non potest genus esse
proximè prædicabile respectu unius tantum
speciei, si plures species implicant, ut docent
Adversarij : ergo etiam non potest species
esse proximè prædicabilis de pluribus indivi-
duis; Si plura individua implicant. Con. prob.
sicut genus prædicabile respicit species : ita
juxta Aristο: ac D. Th. species respicit indi-
vidua , ergo &c.

Confirm. Quartō. De essentia speciei præ-
dicabilis , est, posse proximè prædicari de plu-
ribus numero differentibus; quia hæc est de-
finitio etiam ab Adversarijs acceptata. Atqui
species essentialiter determinata ad unicum
duntaxat individuum , non potest proximè
prædicari de pluribus numero differentibus,
ergo &c.

Confirm. Quintō. Juxta omnes ad uni-
versale essentialiter requiritur multiplicitas
& unitas, ejus essentiæ, quæ dicitur universa-
lis. Atqui implicantibus individuis pluribus,
essentia non habet multiplicitatem; ergo &c.
ergo nec est species prædicabilis.

Obijc. Primō. Potest ab unico individuo
possibili abstrahi essentia e. g. Angeli, que
sit

implicat' species.

sit species universalis metaphysica ; ergo
etiam potest abstrahi essentia , quæ sit uni-
versale Logicum. Rz. T. Ant. N. Conf. Ra-
tio est: quia universale metaphysicum , est
quid absolutum , ad quod sufficit , ut essentia
per se , & secundūm se non dicat repugnantia-
m ad essendum in pluribus. Quidquid foris,
extra essentiam , sit de possibilitate aut im-
possibilitate inferiorum plurium. Universale
verò Logicum est respectivum correlati-
vum : dicītque ex definitione sua, formaliter,
comparisonem essentiæ ad plura inferiora;
ergo est disparitas. Dixi *transeat*; quia nō vide-
tur esse hujus loci discutere, an formæ simili-
ties (quales sunt Angeli:) per se ac per essentiā
sūā, sint individuæ; ita ut nullius tota essentia
cognosci possit, quin cognoscatur etiam illius
individuatio, per quam essentia formaliter fit
incommunicabilis. Et tamen ab hac decisio-
ne pendet Antecedentis veritas.

Obijc. Secundō. Ut essentia sit prædicabili-
lis , satis est: quod , quantum est ex se
prædicari possit; licet per accidens defectus
individuorum possibilium , aut existentium
impeditur ergo. Rz. Dist. Ant. ut sit remo-
tè prædicabilis satis est &c. Conc. Ant. ut sit
proximè prædicabilis N. Ant. cō ipso quod
essentia abstracta sit universale metaphysi-
cum : est remotè ; & quantum est de se, præ-
C 4 dica-

dicabilis, quia nullam dicit repugnantiam ad multa, sed ita tantum est apta inesse aut prædicari, aptitudine negativâ: non positivâ. Ad universale verò Logicum essentialiter requiriatur ut dicat positivam aptitudinem & prædicabilitatem proximam, quæ formaliter provenit ab actu reflexo comparante essentiam de se prædicabilem, cum ijs de quibus prædicari potest. Hinc universale Logicum essentialiter requirit duo: essentiam per præcisionem formaliter unam ex se aptam prædicari: & multa inferiora, de quibus apta sit prædicari.

Obijc: Tertiò. Possum me reflectere supra essentiam à singularitate abstractam, atque in illa cognoscere aptitudinem inessendi pluribus, quod est facere universale Logicum; ergo &c. R. Illa reflexio vel cognoscet tantum aptitudinem negativam, seu non repugnantiam ex parte essentiae secundum se; vel cognoscet aptitudinem positivam, cum respectu ad plura quibus inesse potest. Si cognoscat aptitudinem tantum negativam non erit illa essentia formaliter universale Logicum, seu proximè prædicabilis, ut ipsi Adversarij docuerant. Si cognoscat aptitudinem positivam & respectivam ad plura; non implicabunt plura. Imò impossibile est per cognitionem reflexam comparare essentiam

tiam cum inferioribus multis, si hæc implacent. Quia comparatio essentialiter requirit id quod comparatur: & aliud cum quo comparatur.

Obijc. Quartò. Juxta S. Thom. i. p. q. 73. a. 9. in O: Formæ per se Subsistentes, licet in se sint essentialiter individuae; prout tamen sunt in apprehensione nostra, abstrahuntur ab individuatione. Ergo essentia illarum est communis & universalis saltè secundum rationem, licet non secundum rem ut ibidem loquitur S. Doctor R. Dist. Cons. ergo essentia sic apprehensa est communis negativè & remotè, hoc est non repugnat ei sic apprehensæ, ex parte sua communicari T: Cons. est communis positivè & proximè N. Cons. quia adhoc ut essentia sit proximè prædicabilis, ex neutra parte, debet esse repugnantia; nec ex parte termini à quo, nec ex parte termini ad quem: hoc est, nec ex parte inferiorum; cum quibus reflexè comparatur.

Obijc: Quintò. Essentia; implicitibus individuis pluribus, est saltè prædicabilis conditionatè: si essent possibilia plura individua; ergo est species prædicabilis. R. Dist. Cons. ergo est species Metaphysica, & remotè prædicabilis T. Cons. est species Logica, & proximè prædicabilis N. Cons. præ-

dicabilitas denominatur proxima inde ; quod ad sint omnes conditiones essentialiter ad prædicandum requisitæ. Sic inductione patet, nec in Physis, esse potentiam proximam ; si non ad sint conditiones requisitæ : & absint impedimenta , etiam ab extrinseco, actui secundo oblistentia. & quomodo (: dic obsecro !) aliæ differet potentia proxima à potentia remota ; quid illa huic superaddit ?

Obijc. Sextò. Species ab unico individuo possibili abstracta est prædicabilis de pluribus inferioribus per intellectum confitit ; ergo &c. &c. Distinctio: Ant: est prædicabilis falso. Conc: Ant: verè N. Ant: falso autem quidlibet est prædicabile de quolibet. Nulla verò essentia realis potest verè prædicari de entibus fictis & chimæricis ; Atqui illa essentia seu species immultiplicabilis, est realis ; ergo &c. Maj. prob. quia nihil potest verè prædicari de illo cum quo non identificatur. Sed essentia realis non identificatur cum inferioribus chimæricis; ergo non est verè prædicabilis de illis.

Obijc. Septimò. Intellectus potest essentiae dare unitatem ; ergo etiam potest illi dare multiplicatatem. ergo astringendo illi plura individua , facit illam universaliter prædicabilem &c. Dist. Cons. potest dare multiplicatatem diversæ rationis Conc. Cons. ejusdem ratio-

rationis N. Cons. dum intellectus dividit essentiam , in multas formalitates, non representat unam rationem seu essentiam. N. etiam illustrationem : quia intellectus non faciet suâ fictione , ut essentia realis possit identificari chimæricis individuis ; ergo nec efficiet, ut verè de ijs possit prædicari. Et quid obsecro serviet scientijs ejusmodi fictio chimærarum?

THEISIS XI.

Prædicamentorum decalogo , vel plura , vel pauciora; nec inventit Auctoritas : neque Ratio adinvénit.

Arist: C. 4. Categor: 5. Metaph: C. 7.
S. Th. ibi: P. Petrus Fonseca. lib. 5. Met:
cap. 7. Quest. 2. s. 3. PP. Conimbr: Q. 2. in
C. 1 4. de predicam. a 3.

Prob: ratione. Nullum potest ex cogitari prædicatum e. g. in Petro (: idem est de quocunque individuo materiali :) quod non pertineret ; vel ad substantiam, vel ad quantitatem, vel ad qualitatem, vel ad Relationem ; vel ad ubicationem, vel ad durationem, vel ad actionem, vel ad Passionem, vel ad Situm, vel ad Habitum (: saltē indirecte & reducitive :) ergo &c.

Confirm: Quidquid est e. g. in Petro, & ei convenit; vel est prædicatum substantiale, adeoque pertinet ad prædicamentum substantie. Vel est accidens absolutum, aut respectivum, aut extrinsecè tantum denominans. Si est absolutum, vel denominat Petrum extensem, magnum, parvum &c. & est quantitas. vel qualificat illum faciendo album, nigrum &c. & est qualitas. Si est respectivum, est relatio. Si extrinsecè denominat; vel denominat ipsum aliquid agentem, & est actio, vel a-liquid patientem; & est Passio. vel denominat ipsum quoad locum, in quo existit, & est ubi. Vel quoad tempus, & est quando seu duratio. vel certo modo situatum, stantem, sedentem, &c. & est situs. vel denique aliquomodo circumvestitum, armatum &c. & est habitus.

Obijc. Primò. Prædicabilia sunt tantum quinque, ergo etiam Prædicamenta. Ex. N. C. quia divisio quinque prædicabilium, est divisio nniversalis Logici in suas species: quæ tantum quinque sunt possibles, ut nuper probatum est. Divisio autem prædicamentorum est juxta modos essendi; quorum decem sunt; ut jam ostensum est.

Obijc: Secundò. Actio non distinguitur realiter à Passione aut relatione; situs ab ubicacione &c. ergo sunt pauciora quam decem. Ex. T. Aut: N, Con. quia saltēm modus

sunt tantum decem.

61


dus prædicamenti est diversus, licet res non sit diversæ.

Obijc. Tertiò: Esse visum, amatum &c. ad nullum ex his prædicamentis potest reduci, ergo &c. Ex. N. Ant. quia reducuntur ad prædicamentum relationis; cum sint respectiva.

Sed quorsum pertinet esse musicum, sanum, sobrium &c. Ex. ad Qualitatem. Musicus dicitur talis ab arte musica; sanus à bono temperamento primarum Quatuor qualitatum, strigoris, caloris humoris, siccitatis, sobrietas etiam cum virtus sit, reducitur ad qualitatem.

Sed ad quale prædicamentum spectat esse Regem, Dominum &c. Ex. ad Relationem; quia & hæc sunt respectiva. Similiter esse Nobilem, Barinem, Comitem &c. dicunt comparisonem seu relationem. Quia significant esse à præclarè gessis notabilem, quam sint alii; & publica Principium attestatione magis privilegiatum. Cæterum prædicamenta directè ac propriè sunt genera entium realium ut inquit S. Th. Quest. 7.

de pot. ar. 9.



THEISIS XII.

Relatio Prædicamentalis terminum non involvit ut partem : Sed respicit ut conditionem extrinsecus requisitam.

Ita Arist. C.3. Categor. 5. Phys. C.3. D. Th.
ibi. P. Franc. Suar. Dis. 47. Metaph.

Sec. 8. n. 9. & 10.

Prob: ratione: Juxta Arist: C.3. Cate-
gor: num: 10. relativa sunt, quorum
esse est ad aliud se habere. Juxta S.
Thom: saepius ; totum esse relationis est aliud
respicere (: quod ipsum ex Arist: assertit P.
Suar: Disp: 47. Sect: 5, :) ergo non potest
terminus esse pars constituens intrinsecè re-
lationem, quia alias pars relationis non respi-
ceret aliud, sed se ipsam; adeoque totum esse
relationis est ad aliud, & non est.

Confirm. Primò. Iuxta Arist: Relatio præ-
dicamentalis est speciale prædicamentum
C: simplex & incomplexum:) ab alijs diver-
sum; ergo relatio non est complexum ex di-
versis prædicamentis; nempe: ex substantia,
actione, passione &c. ergo non est comple-
xum ex fundamento (: à quo incipit relatio
seu

non involvit terminum ut partem. 63
seu quod refertur:) ratione fundandi (: quæ
est formalis ratio, propter quam unum re-
fertur ad aliud:) & ex termino; qui est id ad
quod terminatur relatio, vocaturque alio no-
mine connotatum.

Confirm: Secundò. Relatio Paternitatis,
& relatio filiationis juxta omnes Philoso-
phos, sunt relationes disquiparantiae. ergo
sunt reales specie diversæ relationes. Atqui
si terminus esset essentialis pars constitutiva
relationis esset una realiter relatio paterni-
tatis & Filiationis. Quia paternitas essentiali-
ter involveret easdem partes, quas filatio es-
sentialiter involvit; ergo &c.

Confirm. Tertiò. Si terminus esset pars
constitutiva relationis sequeretur; quod Pa-
ter ex. gr. ut Pater, tanquam partem essen-
tialē involvat entitatem Filij; quod esse
est sit pars essentialis, & intrinsecè consili-
tuens causam ut causam: quod Anti-Chri-
stus sit pars essentialis constituens Christum
ut Christum; quod Adamus prior, sit pars
essentialis intrinsecè constituens, quemlibet
ex posteris ut talem &c. Quæ omnia videntur
dici incongrue; quia in enumeratis omnibus
terminus est entitas realiter distincta à fun-
damento relationis; ergo &c. Sequeretur
etiam totum non esse majus suā parte quā ta-
li, quia pars ut pars involveret essentialiter
omnes

omnes compartes ex: gr. anima ut pars, ita volveret materiam & formam; ergo anima ut pars esset totus homo; ergo pars ut pars esset æqualis suo toti; quod repugnat.

Attamen relatio non est entitas realiter distincta & realiter superaddita: fundamento, ratione fundandi; & termino. Probatur Primo auctoritate Aristotelis qui s. Phys. C. 3. num. 3. negat fundamentum mutari intrinsecè, dum acquirit novam relationem, mutato termino. & S. Th. ibi: lest: 3. dicit nihil mihi advenit de novo per hoc quod inceptio fieri similis alteri. Probatur Secundò. Duæ relationes superadditæ, essent sibi similes; absque nova entitate superaddita; in qua considereret relatio; nè procedatur in infinitum, ergo etiam duæ ex: gr: albedines possunt formaliter esse similes, sive entitate relationis superaddita. Probatur Tertiò. ab inconvenientibus: Sequeretur enim volante hic musca &c. omnes res in mundo toto intrinsecè mutari, quia produceretur in omnibus nova entitas relationis distantiae &c. & mutata hic musca, periret in singulis rebus universi aliqua entitas intrinseca, nempe relatio coëxistentiæ &c: Quæro nunc quis producit has entitates; quis tollit? nè admittatur actio indistans. Certè DEUS non; quia iste non supplet defectum causatum secundarum,

non involvit terminum ut partem. 65
darum, nisi ad causæ secundæ exigentiam & necessitatem; qualis hic arbitriæ duntaxat admittitur.

Conficit ergò relatio formaliter in ipso fundamento proximo, seu ratione fundandi; in quantum hæc dat, secundariam denominationem realem, illi subjecto in quo est. Ut autem possit ejusmodi denominationem realem subjecto tribuere, pendet essentialiter à termino seu connotato, extra subjectum positum; quo accedente vel precedente eadem forma accidentalis, subjecto communicat a liam & aliam denominationem secundariam ac relativam. e. g. *similis, equalis, dissimilis &c.* Probatur. Quia sic optimè salvantur omnia, quæ Aristo: ac D. Thom: de relatione, ac entibus respectivis docuerunt. Nempe: quod totum esse relationis, sit respectus unius ad aliud: quod entia, ut relativa, dependeant, ab aliquo extra se posito &c. ergo &c.

Vnum fundamenti loco hic NB. dupliciter posse considerari relationem: vel in quantum more aliorum accidentium iacti subjecto, seu fundamento remoto; diciturque esse in. Et sic sumitur materialiter. Vel in quantum respicit terminum, diciturque esse ad, & sic sumitur formaliter, seu ut relatio. Quia Aristoteles nunquam aliter nominat relationem, quam

quām : esse ad aliud. Est & eius formalis primarius, est denominatio derivata in subjectum ; ex ipso nomine formae denominantis. Sic effectus formalis primarius caloris, est denominare subjectum calidum, effectus formalis secundarius est, qui significatur, per denominationem non derivatam à nomine ipsius formæ. Sic effectus formalis secundarius caloris, est denominare subjectum dispositum ad ignem, aptum ad combustionem &c: illa vocatur denominatio primaria, ista dicitur denominatio secundaria. Nulla forma communicat effectus suos formales denominationis, nisi eorum sit subjectum capax, & nisi ad sint conditions ad ejusmodi denominationem recipiendam necessariò requisitæ, quia quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur. Sic anima unita pedi, non communicat eosdem effectus formales denominationis, quos communicat oculo aut cerebro &c. quia pes non est corundem capax, nec adsunt in pede conditions requisitæ. Pariter ergo e: g: similitudo: quā unus murus albus est similis alteri muro albo, est ipsissima albedo prout tribuit subjecto secundariam denominationem. Primaria enim est denominare murum album ; secundaria deominatione similem alteri ; ex supposito quod existat essentiale requisitum ad hanc denominationem

non involvit terminum ut partem. 67
nem dandam. Illud verò requisitum est terminus ; nempe alter murus albus.

Obije: Primo. Licet Filius non constitut intrinsecè Patrem ; adeoque non sit de essentia Patris : est tamen Filius de essentia totius relationis. ergo terminus est pars relationis. Rx. N. Ant. quia sicut tota essentia albedinis est de essentia albi, quā albi : ita tota essentia relationis, quæ dicitur Paternitas, est de essentia Patris quā Patris. Ergo sicut omne illud quod constituit essentiam albedinis, constituit etiam essentiam albi, quā albi : ita quidquid constituit intrinsecè essentiam relationis seu Paternitatis, id etiam constituit essentiam Patris quā Patris. Atqui juxta Adversarios Filius constituit intrinsecè relationem Paternitatis : ergo constituit Patrem quā Patrem. ergo filius est pars Patris, quā Patris.

Dices, Paternitas est in solo patre, relatio in patre & filio ; seu fundamento & terminos ergo terminus est pars totius relationis, non verò pars paternitatis. Rx. N. Ant. quia Paternitas est formalissimè relatio ; ergo si paternitas est in solo patre, relatio erit in solo patre ; ergo terminus non est essentialis pars relationis. Fateor equidem, quod relatio sit mutua, adeoque sit in utroque. Quia autem relatio inter patrem & filium est relatio dis- qui-

quiparantiae; ideo non est una, eademque re-latio. Sed relatio paternitatis est in patre respectu Filii: relatio Filiationis est in Filio respectu Patris.

Obijc. Secundò. Relatio inadæquatè sumpta, est respectus unius ad aliud; non autem tota relatio seu adæquatè sumpta. Ergo terminus est adhuc pars intrinseca relationis. R. N. Ant. Quia juxta Arist: ac D. Th. totum esse relationis, est ad aliud. Ergo si tantum relatio inadæquata est respectus unius ad aliud; sequitur, quod tota & adæquata relatio non sit relatio. Confirm. vel tota relatio est respectus ad aliud seu terminum: vel non tota. si tota? ergo terminus, seu illud aliud non est pars relationis adæquatæ. Si non tota? ergo tota relatio non est relatio; quia non conuenit illi definitio Aristotelica relationis.

Addo hic ex Arist. 3. Physi: tex: 63. totum perfectum ac absolutum est: cuius nihil est extra: ergo si terminus esset pars, & non esset extra totam relationem; tunc relatio adæquata quâtalis, eò ipso esset totum ab-solutum; & consequenter esset totum relatio-vum, & non esset.

Obijc. Tertiò. Pereunte termino solo, re-liquis manentibus, formaliter & eò ipso perit relatio qua talis, ergo terminus est pars re-latio-

lationis. R. N. C. Entia absoluta, sic con-stituuntur in esse, ut à nullo extrinseco essen-tialiter dependeant. sed quidquid requiri-tur essentialiter ad esse entis absolu-ti, est intrà ens absolutum, ut patet ex ipso nomine *absoluti*. At verò cum relatio sit respectus ad aliud; ex ipsa definitione sua ens respectivum essentialiter pendet ab alio extra se, ergo ablato illo *alio* essentialiter re-quisito: formaliter & eo ipso peritens relati-vum, quâ relativum: quia formaliter perit respectus ad aliud. Ens absolutum è contrario formaliter & eò ipso non perit: nisi pereat pars illius intrinsecè constitutiva. Et quid mirum est: si ens absolutum aliter pereat, quâm respectivum quâ tale? cum aliter constituantur, ut patet ex Arist. & D. Th. Modus enim pereundi, sequitur medium es-fendi.

Obijc. Quartò. Definitio explicat essen-tiam rei, ergo quidquid ponitur in definitio-ne est pars essentialis definiti. Sed terminus ponitur in definitione relationis; ergo terminus est pars relationis. R. Dist. Conf. Ergo quidquid ponitur indefinitione entis ut abso-luti, est pars Conc. Consec. in definitione entis ut respectivi N. Consec. essentia entis ut absoluti; est absoluta: & independens es-sentialiter ab alio extra se, ergo quidquid est de

de essentia illius est intrà ens absolum, il-
ludique; intrinsecè constituit; ergo est pars.
Entis ut respectivi essentia tota ordinatur ad
extra; ad terminum; quem essentialiter re-
spicit. Ergo cognosci, definiri que non potest,
nisi per ordinem & respectum ad aliud ex-
tra se; ergo in entis ut respectivi, definitione;
ponitur terminus saltè in obliquo. & quia
terminus extra relationem est, ideo pars non
est. audiatur P. Suar. disp. 47. sec. 17. num. I.
quia relatio (: inquit ille :) totam essentiam
suam habet in ordine ad terminum: ideo ab
illo, quasi ab ultima forma extrinseca, sumit
suam specificationem; & ideo per terminum
distinguitur & definitur.

Obijc. Quintò. Si terminus non esset, pars
relationis, sequeretur: quod manente albe-
dine in unico muro, maneat tota relatio si-
militudinis. Atqui hoc repugnat, ergo &c.
Sequela prob: albedo est forma denominans
similem; Atqui maneret albedo; ergo &c.
R. N. sequ. ad prob. Dist. Maj. albedo est
forma denominans similem, si adsint omnia
essentialiter requisita C. Maj. albedo simpli-
citer & secundùm se N. Maj. Dist. etiam
Min. maneret albedo sine essentialiter requi-
sitis ad tribuendam denominationem similis
Conc. Min. cum illis N. Min. & Cons. Termi-
nus est conditio essentialiter requisita, ut al-
bedo

non involvit terminum ut partem. 71
bedo tribuat suum effectum secundarium,
qui est denominare formaliter similem. Effe-
ctus verò formalis primarius, est subjectum
(: in quo est :) denominare album. Sic ma-
nente eadem entitate habitus, non manet
actualis inclinatio, si auferatur cognitio ob-
jecti, ad quod inclinare potest. Sic cognitio
in lapide non tribueret denominationē cogno-
scens defactu conditionum, quas subjectum
essentialiter requirit, ut eam denominationem
recipiat &c.

Obijc. Sextò: Esse simile est denomi-
natio realis intrinseca; ergo quando advenit
Subjecto vel perit, denominatio similitudini-
nis, tūm advenit vel perit aliqua entitas rea-
lis ac intrinseca, ergo similitudo est entitas
ab albedine e. g. realiter distincta. R. Dist:
Ant. Esse similem est denominatio realis in-
trinsica subjecto secundum quod similitudo
est accidentis, & accipitur absolute, materia-
liter, quae est similitudo C. Ant: secundum
rationem similitudinis quā talis, formaliter,
& in quantum est præcisè relatio N. Ant. si-
militudo seu relatio quā talis non est deno-
minatio intrinsicā subjecto; sed ad extrin-
secum. Potest tamen ly denominatio intrinsicā
duplicem habere sensum. Primo potest.
Significare quod sit inhaerens in ipsa re; & sic
similitudo, quā talis, seu relatio quā relatio
non

non est denominatio intrinseca subiecto; quia præcisè quâ talis non consideratur ut inherens ipsi subiecto. Sed consideratur præcisè ad aliud. Secundò quia semper relatio fundatur in aliquo absoluto, illique realiter identificatur; ideo potest dici intrinseca subiecto; non ratione sui præcisè; sed ratione ejus in quo fundatur, & cui realiter identificatur. Et hoc sensu potest dici: quod esse similem sit denominatio intrinseca muro albo; similitudo autem (:ratione nostrâ:) fundatur in albedine; illique realiter identificatur.

Replic. implicant advenire vel perire denominationem novam realem: nisi adveniat vel pereat aliqua entitas realis; ergo murus albus non potest denominari *similis* nisi præter albedinem adveniat nova entitas realis.
 Rz. Dist: Con: nisi adveniat nova entitas realis extra subiectum. Con. Cons: intrâ subiectum N. Cons. Dum perit relatio, perit terminus: dum advenit relatio, ponitur terminus; qui est res, sed subiecto relativo extrinseca.

Dupli: Implicant denominationem intrinsecam provenire ab aliquo extrinseco; ergo &c. Rz. Dist. Aut. denominationem intrinsecam absolutam C. Ant. respectivam N. Ant. denominatio respectivi quâ talis, formaliter provenit ab aliquo extrinseco,

quia

non involvit terminum ut partem. 73
 qui essentialiter est respectus unius ad aliud. absolute vero quâ talia, intrâ se habent ea, à quibus essentialiter denominantur. Ergo est disparitas ex utriusque definitione.

Obje: Septimò. Relationi ex essentiali conceptu relationis, repugnat inherere subiecto: Qualitas *similis*, quantitas *equalis* &c. ex essentia sua exigunt inherere subiecto; ergo cum implicet, ut quantitas & qualitas realiter inter se identificantur: à potiori repugnabit, ut relatio identificetur quantitatii aut qualitati; ergo relatio est entitas quantitatii aut qualitatii superaddita, & ab ijs realiter distincta.

Rz. N. primam partem Ante: quia relatio ordinat subiectum ad terminum; ergo non repugnat relationi inherere, subiecto, licet hoc ex *præcisa ratione*, relationis essentialiter non exigat. Nam sic *præcisa ratio relationis* quâ talis, est merissima *ratio respiciens foras*, ad aliud extra subiectum.

Urgebis: Potest augeri fundamentum proximum, & non augeri relatio ex. gr. albedo, licet non augeatur similitudo, nam si albedo in duobus muris augeatur, augebitur fundamentum proximum, sed non augebitur similitudo seu relatio. Ergo relatio est entitas realiter distincta à fundamento proximo.

D

Quia

Quia implicat eandem realiter entitatem augeri & non augeri. Rg. Dicit. Aut. Potest augeri fundementum proximum materialiter, & quod est fundementum proximum, quin augeatur relatio C. Ant. fundementum proximum formaliter, & in quantum est ratio fundandi e: g: similitudinem N. Ant. & Con. Sicut ergo sit major albedo in duobus muris ita sit major similitudo; vel extensivè vel intensivè secundum plures gradus albedinis.

Quæres Primò: Quare reijsciatur illa partis definitio, à RR. passim acceptata: pars est id, quo præcisè ablato formaliter perit totum;

R. Quia hæc convenit etiam toti;nam & hoc si auferatur, perit. Deinde sequeretur, quod val. lis sit pars montis; vita pars mortis: lux pars tenebrarum; &c. adeoq; quod unum contraditorium, aut privativè oppositum, sit pars alterius contradictorij &c. Et sic maximè sui destruktiva se invicem perficerent; cum de ratione partis ut partis sit, perficere compartes. Sequela autem prob. nam ablata valle eō ipso formaliter perit mons &c. quia amplius nec concipi, nec explicari possunt, & multò minus esse.



Quæres 2. Quare non admittitur illa: pars est id, quo præcisè ablato reliquis per possibile vel impossibile manentibus, perit totum! R. Qui non conyenit soli definito; Quod sic ostendo: ab-

latā præcisè unitate ex decem, perit eō ipso & formaliter denominatio decimi; Atqui ablata unitas, non fuit pars decimi: ergo data definitio convenit etiam noui parti; ergo non convenit soli definito. Min. prob. Si illa unitas ablata fuisset pars decimi; etiam reliquæ novem unitates fuissent partes decimi; Atqui hoc implicat; ergo &c. Min. iterum prob. si omnes reliquæ unitates fuissent partes decimi; sequeretur quod decimus ex. gr. homo; essentialiter tanquam partes involveret decem homines. Et quia variato ordine, quilibet ex illis decem poterat esse & denominari formaliter decimus: ideo sequitur, quod quilibet ex illis sit essentialiter, decem homines; ergo qui decimum portaret, portaret decem homines &c. quia portaret eum, qui intrinsecè & essentialiter constituitur per decem homines, ut partes decimi.

Confirm: Illa sunt idem, quæ habent easdem partes sui constitutivas. Atqui decimus homo, quā decimus; constitueretur ijsdem partibus: quibus constituitur hominum decarius seu decas: ergo decimus homo esset idem, quod decem homines. Melius ergo dicetur: pars est id, quod intrinsecè constituit essentialiam totius: seu id, in quod resolvitur totum tanquam in potentiam & actum. Sola enī compōsita constituantur ex partibus essen-

tialibus. Colligitur ex Arist: i. prior. C. i. & ex S. Tho. i. p. q. ii. a. 2. convenit hæc descriptio omni & soli parti, ut patet inductione. Sic materia & forma sunt partes totius Physici; genus & differentia Metaphysici &c.

Quæres Tertiò. Quomodo differat relatio Prædicamentalis à Transcendentali? Rz. in hoc: quod transcendentalis sit in separabilis omnimodè à suo fundamento. Sic respectus ab actione ad effectum: à creatura ad creatorem &c. separari non potest. At verò, Relatio Prædicamentalis, cùm sit esse eius secundarius, denominatio secundaria, est separabilis à suo fundamento, seu effectu primario. Sic denominatio *similis* potest separari ab effectu formalí primario albedinis &c. Relatio Transcendentalis ut sic, transcendit omnia Prædicamenta, unde & nomen sortitur. Relatio Prædicamentalis est peculiare prædicamentum, à reliquis novem, saltē ex-trinsecè & ratione nostrâ distinctum.



THEISIS XIII.

Voces humanæ articulatæ vim significandi, non habent ex natura.

fua: habent ex instituentium beneplacito. Significant verò tum res ipsas; tum conceptus dæribus.

Ita Arist. de Interp. l. i. C. i. & ultimo. D. Th. ibid. PP. Conimbius lib. I. de Interp. C. i. q. 3. a. 2. P. Sylvester Maurus quest. 57. Log.

Probatur ratione: quia signa naturalia, habent eandem significationem apud omnes gentes. Sic sumus est ubique signum naturale ignis; & quicunque effectus suæ causæ. Atqui voces articulatæ non habent eandem significationem apud omnes gentes; ergo non sunt signa naturalia; ergo &c.

Confirm. Primò. Vocibus articulatis iisdem; jam utimur metaphorice: jam in significatione propria. pauculis immutatis, transpositis, additis, significamus prorsus contraria; turpe & honestum; justum & injustum, verum & falsum. ergo voces non significant à natura, sed ex instituentium arbitrio.

Confirm. Secundò. Ly *Gallus*, ly *canis* &c.
 & plurima ejusmodi æquivoca significant res prorsus disparatas; ergo non sunt signa naturalia rerum & conceptuum, &c.

Confirm. Tertiò. Ex S. Th. 1, 2. q. 10. a. 3.
 Homo dupliciter utitur virtutibus sensitivis,
 uno modo ex instinctu naturæ : alio, ex imperio rationis. Ergo propter hunc secundum modum instituendæ erant voces articulataæ,
 quæ ex arbitrio utentium significarent.

Quòd autem voces significant res ipsas sic probatur : nisi voces significarent res ipsas, plerique enuntiationes essent falsæ quia dñm dico. E. g. Petrus est animal, sensus es-
 set : quòd hic conceptus aut vox Petrus ; sit ille conceptus aut vox animal ; ergo signifi-
 cant res ipsas.

Denique etiam conceptus de rebus signifi-
 cari, probatur : voces humanæ sunt in hunc finem institutæ (: test. Arist. 1. Politic. C. 2.) ut communicando conceptus, homines conseruent commercia & societatem. Cum enim nos tristis conceptus de rebus commodè non possemus communicare: voces in supplemen-
 tum conceptuum datae sunt. ergo voces eti-
 am significant conceptus.

Confirm. Si voces non significant concep-
 tus, nullum daretur mendacium, quia men-
 tiri

significant res & conceptus. 79
 tiri est contra mentem ire. Vide S. Th. 1. 2. q.
 110. a. 3.

Obijc. Primò. Arist. 1. Politic. C. 2. do-
 cet à natura homini datum sermonem adsi-
 gnificanda quæ ad communicationem hu-
 manam pertinent præ brutis. Ergo voces
 significant ex natura sua. Bz. Arist. ibidem
 dicere Civitates à natura esse. non quod natu-
 ra eas , absquo humana cooperante industria
 exstruxerit : Sed quia homines à natura pto-
 clives sunt ad societatem vitæ, in quem finem
 civitates exstruunt. Ergo humili explicacione
 accipiendus est textus prior de vocibus di-
 stinguendo: dedit homini sermonem incho-
 ativè , dum dedit facultatem liberam insi-
 tuendi C. Ant. perfectivè, & quoad executio-
 nem N. Ant. & sub eadem distinctione N. C.

Objic. Secundò. Cum Phythagoræis:
 Natura non minus providit homini, quam
 brutis. Atqui brutis dedit voces, quibus ute-
 rentur ad communicationes suas necessarias .
 ut docet S. Th. Iec. 2, in l. Politicorum. Sic
 gallina dum glotnat, pullos ad escam convo-
 eat : sic columba gemitu columbam evocat
 &c. ergo & hominibus natura dedit voces ad
 communicationem necessarias. Bz. etiam
 homini à natura datas esse voces quasdam in-
 articulatas ad affectus brutis communes ; ju-
 gundi & molesti manifestativos. Cæterum

Natura magis providit homini, quam brutis, dum ei liberum arbitrium largita est. dedit item potentiam articulandi voices quæ prolibitu' rebus significandis imponantur.

Obijc: Tertiò. Attis Crœsi filius ab ortu mutus, cùm videret militem stricto gladio Patri imminentem, exclamavit: miles, ne occidi Crœsum, ut refert Gellius lib. 3. Atticar: Noct. Plinius, Solinus, & alij. Unde sic arguitur; mutus à nativitate, surdus est. ergo Attis ex auditu non potuit significationem vocum addiscere, ergo &c:

R. Quod Attis mutus quidem usque ad illud tempus fuerit; sed non surdus. Unde addiscebat interim significationes vocum, quas alioqui efferre non potuisse. Nam Arist. Lib. 4. de Hist. animal. C. 7. dicit nec ipsa aves modulatè posse canere, nisi inter cas. aliantur, quarum audiant, discantque canum. In forma N. Ant. universaliter acceptum: Licet enim surdi à nativitate, sint etiam muti, ut docet S. Th. de sensu & sensibili C. 2. non tamen vicissim qui mutus est, semper surdus est. Disparitas est quia nervi administrandis sensationibus necessarij oriuntur ex cerebro, descenduntque ad auditum & tandem coèunt in unum cum ijs, qui munere loquendi funguntur. Unde qui surdi sunt, ex laſione nervorum surdi sunt; & con sequen-

sequenter etiam muti. Accedit, si surdi sint; illos nec posse voces, nec vocum significationem addiscere. At verò in mutis, fieri potest; ut non sit laſio in nervo; sed impedimentum locutionis sit in lingua. Adeoque si impedimentum sit in lingua (ut in Crœsi Filio fuisse existimo:) ob vehementem passionem, vehementi conatu, dissolvetur vinculum linguae. Fateor qui mutus est ob laſionem nervorum, auras & linguae conjunctorum, etiam surdus est. Sed hoc non semper accidit.

Obijc: Quartò. Teste Herodoto lib. 1. duo pueri jussu Psammetichi inter silvas educati, primam dein vocem Beccus (quod Phrygibus panem sonat:) protulerunt. ergo, à natura significant voces. R. Illos fortuito casu sonum Capris similes confusè protulisse: à Phrygibus acceptum; ut ambitiose suam linguam fuisse primam demonstrarent; aut inter Pastores caprarum audivisse. Ratio enim & experientia, evincit vocum significaciones sine instructione non addisci.

Obijc: Quintò. Antequam consensus hominum daret unicuique rei certam significationem, debuerunt sibi invicem suam instituendi voluntatem manifestare. Atqui non potuerunt hanc voluntatem manifestare nisi per voces significativas. ergo ante omnem

82 *Voces ex arbitrio hominum.*
institutionem vocum, erant aliquæ voces ex natura sua significativæ. *Eg.* Primas linguis & voces institutas suisse à DEO, non ab hominibus ut docet S. Augusti, lib. 8, de Gen. ad lit. C, 16. Sic in paradiſo cognitionem linguae Hebraicæ DEUS infudit primis hominibus infundendo illis species complexas rerum & vocum. Sic post diluvium edificatus turrim Babel infuderat *72.* linguis primariis; ex quarum corruptione alii deinceps ortæ sunt.

Sed significantne voces audienti immediatè conceptum audiuntur: & eo agnito res? *Eg.* cum P. Mauro cit. Q. 57. voces ordinariè excitant immediatè apprehensionem rerum in audiente: mediatè apprehensionem conceptus, quem de re habet loquens. Adeoque voces ordinariè sunt signa immediata rerum. Probatur. Quia qui audit istas voces cælum tonat; primò & immediatè apprehendit cælum tonans ut constat experientia. Deinde conceptum, quem habet loquens de cælo tonante, ergo voces excitant immediatè apprehensionem rerum: & mediatè apprehensionem conceptus, quem habet loquens de Cælo tonante. ergo voces, in quantum sunt signa excitativa apprehensionis immediatè significant res; mediatè significant conceptum loquentis.

141

83 *significant res & conceptus.*
Attamen perfectè & intimè penetranti vocum significationem, significant immediatè conceptus: mediatè res: Prob. quia qui perfectè & intimè penetrat istam vocem E. g. homo; videt quod non significet hominem quomodounque: sed ut cognitum certo ac determinato conceptu; hoc est universalis ac definibili. Atqui significare res ut cognitas certo conceptu, est immediate significare conceptum, mediatè rem; ergo &c.

Verum in ordine ad assensum & fidem loquenti præbendam voces immediatè significant conceptum, & mediatè rem conceptam. Adeoque voces sunt immediata argumenta conceptum. Probatur: quia ut prudenter credam & judicem assentiendo Petro dicenti: *domus ardet;* debeo prius arguere, quod Petrus sit verax & sagax; Atque adeò quod ut verax non fallat & mentiatur, ut sapiens non fallatur ac erret. Ergo hæ voces e. g. *domus ardet* in ordine ad judicium ferendum per modum argumenti significant immediatè conceptum Petri conformem vocibus; ergo &c.

Quid autem est loqui? *Eg.* S. Th. I. p. Q. 107. a. 1. locutionem internam sic describit: quando mens convertit se ad actu considerandum & loquitur aliquis sibi ipsi. nam ipse conceptus mentis interius verbū

D 6

voca-

vocatur. Locutionem verò externam ibidem sic definit: nihil est aliud loqui ad alterum, quām conceptum mentis alteri manifestare. Unde dici posset: quod locutio externa sit rei intellectu conceptæ per voces manifestatio.

Fit locutio propriè per verba articulata, quæ sunt voces arte & industriâ formatæ. Nam si quis ex vehementia affectus connaturaliter gemat, cachinnetur, ejulet, jubilet, &c. sonus est, vox est; sed non articulata; nec locutio. Ut autem quis propriè loqui dicatur requiritur, ut vocibus articulatis manifestet conceptum proprium, quem ipse in mente habuit. Vnde alina Balaam impropriè locuta dicitur, sicut voces articulatas protulerit. Idem est de Picis, Corvis, Psittacis, Sturnis & reliquis volucribus garulis.

Locutio propriè dicta, alia est coram alio, alia cum alio. Locutio cum alio, est propriissimè humana locutio; & includit semper pactum tacitum; quo se loquens audienti obligat, ad proferenda verba conceptui ac judicio interno conformia. Ratio est: quia qui cum altero loquitur vult sibi credi id, quod dicit, propter suam veritatem. Atqui non potest prudenter velle hanc fidem apud audiētē; nisi habeat pactum saltē implicitum;

significant res & conceptus. 85
plicitum; quo se obliget ad proferenda foris verba interno conceptui judicativo conformia; ergo &c.

Infer Primò. Quòd homo loquens se non obliget ad loquendum conformiter rebus; quia judicium humanum de rebus fallibile est. Sed tantum conformiter ad loquendum judicio, quod de rebus habet. adeoque: potest quis falsum dicere, & non mentiri; si edicat uti de rebus mente judicat. Item potest quis verum dicere & mentiri, si edicat aliud, quām judicat. Ratio est: quia veritas Logica est conformitas dictorum cum re: veritas moralis conformitas dictorum cum mente. Falsitas Logica est disformitas dicti cum re. Falsitas moralis, seu mendacium; disformitas dicti cum judicio interno.

Infer Secundò. Poëtam dum singit, non mentiri. Quia ille non intendit judicium & assensum excitare in audiente; sed tantum apprehensiones rerum. Adeoque non cupid sibi credi. Historicus, quia sibi credi vult, ideo pactum implicitum habet cum Lectore, de non habendo judicio verbis disformi.

Infer Tertiò. Locutionem cum alio ita definiri posse: est positio vocum cum obligatione habendi judicium vocibus externis conforme.

*****:*****

THESES XIV.

Aliquæ propositiones de veris
poſſunt mutari in falſas.

Ità Arist. in præd. C. 3. de ſubſtantia
num. 16. D. Th. I. p. q. 14. a. 15. ad 3.
P. Franc. Suar. diſp. 8. Metaph. ſec. 2.

num. 2.

Prob: ratione: propositio denominatur
vera ab extrinſeco, nempe ab objeſto
realiter ità ſe habente: ſicut propositio
enunciat. item: propositio denominatur falſa
ab objeſto à parte rei aliter ſe habente,
quam propositio enunciet. Ergo ſi propositio
continuetur aut repetatur per duo tem-
porecula: quorum uno objeſtum contingē-
ter ità ſe habeat, ſicut propositio enunciat;
propositio erit vera. Si altero temporeculo
objeſtum à parte rei aliter ſe habeat, quam
propositio in alterum temporeculum conti-
nuata enunciat; propositio erit falſa. Atqui
hypothesis respectu aliquarum propositio-
num poteſt adimpleri; ergo aliquæ propo-
nitiones de veris poſſunt mutari in falſas.

Confirm. Primo: Veritas eſt conformitas
actus cum objeſto. ergo entitas actus (: qui
deno-

transire in falſum.

87

denominatur verus:) reſpicit & connoſtat
objeſtum à parte rei ità ſe habens; ſicut a-
ctus enunciat. Ergo illud objeſtum ità ſe ha-
bens eſt extra entitatem actus (: quia relatio
eſt reſpectus unius ad aliud:) ergo mutato
foris à parte rei objeſto: manet invariata
entitas actus; ergo ſi objeſtum uno tempu-
ſculo ità ſe habeat, ſicut actus enunciat; a-
ctus ab extrinſeco denominabitur verus. eti-
poſtea objeſtum ſe aliter habeat, actus etiam-
num durans ab illo objeſto aliter ſe habente
(: velut ab extrinſeco:) denominabitur fal-
ſus. ergo: Sic manente eādem ſtaturā Petri,
ſi crescat Paulus, qui antea fuerat æqualis Pe-
tro: mutatur denominatio æqualis in in-e-
qualem. Sic poſito muro albo A, ſi murus al-
bus B denigretur, mutatur denominatio ſi-
milis in diſſimilem; nullā factā mutatione in-
trinſecā in pariete albo A.

Confirm: Secundò. Hæcceitas temporis A
non eſt de eſſentia temporis ſecundūm ſe.
Quia aliás ubi cunque inveniretur ratio tem-
poris, ibi inveniretur hæcceitas temporis A.
nec posſet eſſe aliud tempus, quam hoc tem-
pus A. Ergo materialiter & per accidens
conjugitur à parte rei hæcceitas A tempori
ſecundūm ſe. Ergo poteſt perfectè formaliter
præſcindī ratio temporis ab hæcceitate ergo
actus, qui e. g. dicit: Petrus bunt currit; non
repre-

repræſentat ſignatē formaliter & per ſe niſi curſum Petri, & tempus præſens ſecundūm ſe. Ergo licet præter fluat tempus indiui- duum, non mutabitur eſſentia objecti forma- liter & signatē repræſentati. ergo non mu- tabitur eſſentia aetū repræſentantis. aetū enim licet dieat relationem trancendentia- lem ad objectum formaliter & per ſe repræ- ſentatum: dicit tamen relationem duntauxat prædicamentalem rationis ad illud, quod ob- jecto per ſe repræſentato, materialiter ac per accidens conjungitur. Ergo poteſt per obje- ctum materialiter & per accidens repræſen- tam aetū jam denominari verus, dein fal- ſus; nulla intrinſecā mutatione factā in enti- tate aetū repræſentantis.

Confirm. Tertiō. Iſte aetū e. g. homo eur- rit; eſſet verus ſi curreret homo Platonicus. Ergo ly homo per ſe, formaliter & signatē non repræſentat hæcceitatem hominis, & perinde denominatur verus, ſive ſit Petrus, ſive ſit Paulus qui currit. idque ideo: quia tantū materialiter & per accidens adjungi- tur à parte rei e. g. Petreitas, eſſentia hominis ſecundūm ſe, qua: formaliter & signatē re- præſentatur per illum aetū: homo currit. Ergo etiam hic aetū: homo nunc currit, per ly nunc repræſentat formaliter & signatē tantū tempus præſens ſecundūm ſe: præſcindendo,

an ratio temporis præſentis, à parte rei adjun- gatur tempuſculo A: an tempuſculo B &c. aut cuicunque hæcceitati temporis præſen- tis. Ergo materialiter & per accidens ſe ha- bet, quod à parte rei adjungatur temporis præſenti ſecundūm ſe, jam hæcceitas tem- puſculi A: & poſtea B &c. Ergo ſi aetū du- ret per duo e. g. tempuſcula, & uno tem- puſculo currat aliquis homo, aetū denomi- nabitur verus; quia objectum à parte rei ſic ſe habebit: ſicut ipſe enunciāt. Et, ſi altero tem- puſculo præſente nullus currat, aetū de- nominabitur falſus, quia objectum à parte rei non ſic ſe habebit, ſicut aetū altero tem- puſculo enunciāt; ergo transibit aetū à de- nominacione veri, altero tempuſculo in de- nominacione falſi; ergo &c.

Obije. Primō. Hæc propositio: Petrus nunc currit; vel habet hunc ſenſum: Petrus currit om̄i. o tempore mihi preſente, & ſic pro- pofitio nunquam erit vera; ſi ſupponatur etiam unico tempuſculo non currere. vel hunc: Petrus currit aliquo indeterminato tem- pore mihi preſente, ſcilicet hoc vel illo &c. diſjunclivè, & ſic ſemper erit vera, etſi, uni- co tempuſculo currat. vel denique iſum: Petrus currit hoc determinato mihi preſente tempuſculo; & ſic propositio erit ſemper ve- ra, dummodo Petrus illo tempuſculo currat;

Ilicet alijs succedentibus non currat. Ergo &c. Et quemcumque ex jam allegatis haberet sensum; non transiret propositio de vera in falsam. assigno igitur quartum: nempe ut ly nunc, significet tempus praesens secundum se: illudque perfecte praescindat ab omni haecceitate sive collectivè, sive disjunctivè, sive indeterminatè accepta. Sicut enim ly animal perfecte praescindit, neque significat formaliter, per se, & in actu signato omnia animalia collectivè: neque aliqua disjunctivè neque unicum animal singulare & individuum; sed significat animal secundum se; ita ly nunc in sensu universali ac perfecte praescisivo acceptum, nec significat formaliter per se, & signatè omnia instantia collectivè neque hoc vel illud disjunctivè: neque unicum tantum in individuo; sed significat tempus praesens secundum se, quod materialiter & per accidens est conjungibile cuicunq; haecceitati temporis.

Obijc: Secundò. Actus non potest mutare suum objectum. Atqui si de vero transiret in falsum, tunc mutaret suum objectum; ergo &c. Minor prob. aliud representaret dum est verus, aliud, cum sit fallus; ergo &c. R. D. Maj. non potest mutare suum objectum formaliter per se, & signatè, ac primariò significatum C. Maj. significatum per accidens

dens, materialiter, in actu exercito, & secundario N. Maj. Dilt. similiter Min. ejusque probationem & N. utramque C. Quod autem non mutetur actus intrinsecè ac essentialiter: licet mutetur ipsius objectum Verificantis; seu objectum secundarium, per accidens, materialiter & in actu exercito significatum, patet instantiâ hujus propositionis: *animal est in Schola*. si homo est in Schola; significat exercitè, & verificatur per hominem. Si homini succedit caniculus, exercitè significat & verificatur per caniculum &c. absque mutatione intrinseca illius actus. Quia signatè & formaliter representat animal secundum se absque differentijs.

Sed quid est representari materialiter & per accidens? R. Illud representari materialiter & per accidens quod non representatur ratione sui: sed ratione alterius aliquomodo à se distincti. Sic dum dicitur *homo currit*; nō representatur haecceitas ratione sui: sed ratione humanæ naturæ, cui est realiter identificata haecceitas adeo, ut si nō esset realiter identificata naturæ humanæ, nullo modo representaretur haecceitas. Natura tamē humana eo actu representaretur, licet haecceitati realiter identificata nō esset. Unde sicut hæc propositio: *homo currit*, est indifferens ut à parterei correspōdeat illi vel cursus Petri vel Pauli &c. ita hæc: *Petrus nunc currit*, est in differens, ut

correspondat ipsi sive tempusculum A sive tempusculum B. &c. nisi enim tales actus essent ita indifferentes, prior non posset cum veritate profandi alio currente, quam ex. g. Petro; nec alter verificaretur alio tempusculo elicitus, quam hoc determinato e. g. tempusculo A. Amplius id inclarescit hoc exemplo, quid sit representari materialiter & per accidens. Si dicas rationale sentit; verum est in sensu materiali ac reali; non tamen in sensu formalis. Adeoque rationale per accidens sentit, id est: non ideo sentit quia rationale est. Sed quia realiter identificatum est animali, cui per se convenit levitate applica representationi.

Obijc. Tertiò. Ly hic non potest perfectè praescindi à loco determinato ac individuo; ergo nec ly nunc potest sic praescindi à temporis individuo Ant. prob. ponamus Petrum tantum Pragæ currere, non verò Romæ, ponamus etiam replicari hunc actum. Petrus hic currit, jam sic argumentor: si ly hic perfectè praescindatur ita ut significet materialiter & exercitè Romæ locum Romanum; tunc Romæ erit actus falsus; quia ibi supponitur Petrus non currere; & Pragæ erit verus, quia Pragæ supponitur Petrus currere; ergo idem actus simul & semel erit verus & falsus. Atqui hoc repugnat; ergo & id, ex quo sequitur. Ex.

Trans-

Trans. suppos. & dico; eam propositionem Pragæ ac Romæ positam forte simpliciter tantum falsam quia illius objectum verificationis est cursus Petri copulativè, nimirum & Romæ & Pragæ. nam ly hic cadit supra locum utrumque propositioni præsentem (sic ut ly nunc cadit supra tempus actui præsens); cùm ergo non sit cursus nisi in uno loco; ideo illa propositio est tantum falsa. Posset etiam dici repugnare ut actus simul sit verus & falsus in ijsdem omnino circumstantijs: non vero in diversis, si autem actus ille replicaretur essent aliæ circumstantiæ loci. Adeoque in uno esset verus, in altero falsus.

Obijc. Quartò. Ly nunc significat individuum temporis præsentis. Atqui ab individuis non potest abstrahi ratio univoca, sed tantum analoga, ergo ly nunc est analogum. Sed analoga significant disjunctivè vel hunc vel illum; ergo ista propositio: Petrus nunc currit, habet istum sensum: Petrus vel hoc vel illo tempore mihi presente currit. Atqui si habet istum sensum, non potest transire de vera in falsam ex Obi. 1. ergo &c. Ex. Dist. Min. ab individuis non potest abstrahi ratio univoca individui C. Min. speciei N. Min. sic à Petris non potest quidem abstrahi ratio univoca Petreitatis; potest tamen abstrahi ratio univoca hominis. tempus ergo à sic est genus; sicut animal. tempus mihi præsens est species, sicut


sicut homo tempus ultimatisimè determinatum. est individuum, sicut Petrus. Terminii autem hujusmodi: nunc, jam &c. si non cognoscantur secundum ultimatisimas differentias, tunc repræsentantur ut species, temporis dicenti præsentis.

Obijc: Quintò. Iste actus. Petrus nunc fudet &c. vel repræsentat aliquomodo tempus individuum; vel nullo modo repræsentat, quia inter contradictionia non datur medium: Si repræsentat aliquomodo; ergo si jam hoc jam illud individuum temporis repræsentet; mutat objectum representationis. si nullo modo; ergo impossibile est, ut propter successionem alterius individui temporis, quo Petrus non currit; dicatur fieri falsus, quia impossibile est actum fieri falsum, per objectum quod actus nullo modo repræsentat, nam actus tantum est falsus quando est dissimilis suo objecto, seu representato. Repræsentat aliquomodo, sed exercitè, materialiter, & per accidens: non autem formaliter, signatè & per se. Dicitur autem repræsentare materialiter & per accidens individuum temporis, quia repræsentat formaliter rationem specificam, temporis præsentis secundum se; quae realiter identificatur individuationi. Do intantiam: sit aliquis Logicus simul Musicus; dum canit quā Musicus dici-

tut

tur etiam canere Logicus, sed materialiter & per accidens: quia ratio Logici habet se per accidens ad cantum. Verum tamen est, quod Logicus canat, quia ratio Logici est realiter conjuncta illi Musico, qui formaliter, & quā talis, canit.

Infer: has ijsqué similes propositiones universales e.g. homo currit &c. licet repræsentent hominem & cursum sine individuatione hominis: item absque haecceitate cursus: non tamen verificari nisi per determinatum in individuo hominem, & cursum, quia veritas est conformitas cum re; ergo dependet à termino extra se posito; cum relatio sit respectus ad aliud extra se. ergo actus verificatur per objectum à parte rei ita se habens prout ipse enunciat. Atqui à parte rei non datur homo, aut cursus Platonicus; quidquid enim realiter & à parte rei existit, existit determinatum in individuos ergo &c.





THESES XV.

De futuris quæ contingentia
sunt ; propositiones determinatæ
veræ, & determinatæ falsæ.

esse possunt.

Colligitur ex Arist: in post pradicam:

C.2. de priori: ad finem S. Th. 22. q. 171. a. 6.

ad 2. P. Ildeph: Pennafiel, Dist. 9. Logi. sec. 3.

P. Balshafar Telles p. 1. Phil.

d. 13. sec. 3.

Prob: Impossibile est, ut in eadem differencia temporis res nec sit, nec non sit. Implicat item: ut simul sit, & non sit; quia quidlibet est, vel non est; ergo pro hora prima ex: gr: crastinæ dici determinatè vel est cursus Petri, vel determinatè non est. ergo si supponatur cursus Petri pro illa hora esse; propositio quæ hodiè affirmat cursum Petri pro illa hora esse; hodiè est conformis suo objecto, adeoque vera. si supponatur cursus Petri pro illa hora non esse; propositio quæ hodiè affirmat cursum, pro illa hora esse, est dissimilis suo objecto; adeoque falsa; ergo &c.

Prob: Secundò: S: Th. 22. q. 171. a. 6. ait:
quam-

datur determinata veritas.

97

quamvis contingentia futura, prout sunt in se ipsis sint determinata (: intellige ad esse vel non esse :) tamen prout sunt in suis causis, non sunt determinata ; quin possint aliter evenire, unde sic argumentor: dum ex: gr: dico: Petrus cras peccabit; objectum verificationis non est causa libera ac indifferens ad peccandum vel non peccandum; quia illam actus nec signatè nec exercitè affirmat, aut repræsentat: sed objectum verificationis est peccatum pro die crastino realiter existens; ergo objectum verificationis est peccatum in se determinatum, quia quidquid existit realiter, in quaenamque temporis differentia: existit determinatè, alias daretur individuum vagum à parte rei. Atqui per objectum determinatè existens, potest actus illud determinatè affirmans, denominari verus; ergo.

Confirm. quidquid erit, determinatè erit, tum quia nihil potest existere indeterminatè & vagè: tum quia quidquid existit, procedit à causis; causæ autem nihil vagum aut indeterminatum possunt producere. Sed qui dicit aliquid futurum, in illo modo fertur, quo aliquando erit; ergo fertur determinatè; ergo &c.

Prob: Tertiò: Eo instanti quo Petrus peccat, determinatè verum est dicere: Petrus peccat; ergo si aliquis prius, respectu ejusdem temporis, dixisset: Petrus peccabit; pro-

positio etiam fuisset determinatè vera. Conseq. prob. prorsus idem affirmatur respectu ejusdem temporis, per copulam verbi significantis, tempus futurum: quòd affirmatur per copulam verbi significantis, tempus praesens. Ergo sicut hæc est determinatè vera, ità & altera poterat esse determinatè vera. Et quia ex eo, quod res est, vel non est, pro tempore per verbum significato; vera vel falsa est propositio ex Aristotele in post prædi: C. 2.

Prob: Quartò: Ista propositio Petrus era peccabit: affirmat determinatè, neque enim tantum disjunctivè affirmat peccatum, vel non peccatum, ergo si peccatum in se futurum est; propositio affirmans futuritionem, est determinatè vera. Si in se non est futurum; propositio determinatè affirmans, est determinatè falsa.

Prob. Quintò. Si eodem tempore, quòd Christus dixit Petro: ter me negabis: dixisset aliquis alius, Petrus Christum ter negabit. utraque propositio fuisset determinatè vera; quia veritas desumitur ab objecto, ità se habente, uti actus enunciatur; non autem à dignitate proferentis, ergo &c.

Obijc. Primò. Ut determinatè vera esset propositio e. g. Petrus scribit deberet existente tempore quod significatur, existere scriptio Petri:

datur determinata veritas.

99

Petri, ut falsa esset deberet existente tali tempore, scriptio non existere. Atqui nunc non existit tempus significatum; ergo non habetur utrumque requisitum ad determinatam veritatem, aut falsitatem; ergo &c. Ex. Dist. Maj. pro ea differentia quam copula significat Conc. Maj. pro alia temporis differentia N. Maj. alias probaretur quòd nec propositio de præterito sit determinatè vera aut falsa, quia nunc æquè non existit tempus præteritum, ac futurum. Existentia rei in tempore consignificato determinatè datur, vel determinatè non datur. ergo propositio significans nunc aut determinatè vera aut determinatè falsa est.

Obijc. Secundò: Ut ista propositio e. g. Petrus scribit; nunc esset vera, deberet nunc dari id per quod est vera. Atqui nunc (:ut suppono:) non datur scriptio; ergo nunc propositio non est vera. Ex. Neg. sequitur. alias nunc nec esset vera propositio de præterito: Petrus scripsit. Satis ergo est ad veritatem propositionis, quòd scriptio detur in eo tempore, quod propositio significat, licet non detur eo tempore, quo propositio profertur. Præsens enim scriptio ad veritatem propositionis de futuro, habet se impertinenter.

Obijc: Tertiò. Paries non potest esse nunc

albus, per albedinem quæ futura est. ergo nec actus potest esse nunc verus per objectum quod futurum est. hoc argumentum impedit omnes propositiones de præterito: & eas quæ habent objectum loco remoto distans, quia nec albedo præterita, nec loco remota, potest reddere album parietem. In forma N. Conf. Disp. est: quia albedo constituit album per unionem Physisam, actus denominatur verus per hoc, quod res intempsore significato, ita se habeat; sicut actus affirmat. eo enim quod res est vel non est, propositio vera, vel falsa est; ut nuper ex Arist. dixi.

Obijc. Quartō. Petrus est liber, habetque potentiam ut possit cras peccare vel non peccare; ergo hodie non est determinatè vera propositio. Rz. Dist. Conf. non est determinatè vera independenter à suppositione liberæ determinationis Conc. Conf. dependenter à suppositione liberæ determinationis; quā se Petrus determinet ad peccatum N. Conf.

Urg. Atqui hodie non est determinatio libera Petri; ergo propositio hodie non est determinatè vera. Rz. N. Conf. determinatio libera exsistit pro differentia temporis, quam propositio significat; ergo est vera. Si enim pro illo tempore non existeret deter-

mina-

minatio Petri; propositio determinatè affirmans, illam pro tunc existere: esset hodie determinatè falsa.

Obijc. Quintò. Positâ determinatâ veritate hujus propositionis: Petrus cras peccabit; Petrus cras non potest non peccare; ergo tollitur libertas. Rz. Hoc argumentum etiam evertit præscientiam futurorum in DEO; tollit item veritatem propositionum de præsenti. In forma Dist. Ant. Petrus non potest non peccare ex suppositione consequente liberam determinationem C. Ant. ex suppositione antecedente N. Ant. & Conf. veritas (: uti & præscientia DEI:) habetur dependenter à supposita libera determinatione Petri ad peccatum pro eo tempore, quod per copulam significatur, ergo si posset eodem tempore peccatum non esse; idem eodem tempore simul esset, & non esset.

Urge: Veritas & præscientia DEI, præcedunt peccati existentiam; ergo tollunt libertatem. Rz. Dist. Ant. præcedunt duratio ne Conc. Ant. naturâ & causalitate N. Ant. & Conf. Non enim ideo Petrus peccat, quia DEUS eum videt, aut quia actus verus dicit: cras peccaturum: sed è contrario: ideo DEUS videt, & ideo actus verè dicit cras peccatum; quia cras Petrus libet determinabit se ad peccatum. Visio DEI & veritas actus sup-

ponunt existentiam peccati; adeoque est solum necessitas consequens liberam determinationem Petri; idem est de peccato praesente quod actu fit, supposito enim quod Deus videat aut actus vere dicat fieri; non potest non fieri peccatum, sic dum video Petrum stante non potest non stare, tunc dum stat: non tamen ideo stat, quia stantem video, sed potius ideo stantem video, quia stat.

Obijc. Sexto. Objectum contingens est indeterminatum ac indifferens ad existendum vel non existendum. ergo propositio de futuro contingentे non potest esse determinata vera. *R. Dist.* Ant. Objectum contingens ut contingens est indeterminatum in sua causa Conc. Ant. quod contingens & in se, est indeterminatum in sua causa N. Ant. patet ex nuper citato textu D. Th. Actus qui dicit: Petrus peccabit: non verificatur per contingentiam, ac indifferentiam causae: sed per objectum in se futurum. aut si futurum non est, denominatur actus determinatus falsus.

Annoto hic: aliud esse: quod propositio sit determinata vera: aliud quod necessariò sit vera, propositio necessariò vera est, cuius objectum pro sua differentia temporis, necessariò existit; ita ut non potuerit non exis-

re; adeoque ly necessariò opponitur ly libere. Propositio determinata vera est, cuius objectum pro sua differentia temporis determinata & non tantum vagè existit; sive jam illa existentia sit necessaria, sive sit contingens & libera. Vnde ly determinata non opponitur libero: Sed tantum vago ac indeterminato.

Obijc. Septimò. Sicut se habet objectum, ita se habet veritas actus; ergo si objectum est indeterminatum, etiam veritas actus est indeterminata. Atqui objectum futurum contingens ex definitione sua, est indeterminatum ac indifferens, ut possit esse vel non esse; ergo &c. Imò si objectum contingens esset determinatum ad unam partem contradictionis; esset contingens, & non esset. *R. Dist.* Subs. contingens ut contingens est indeterminatum in causa Conc. Sub. quod contingens, & in se N. Subs. & Cons. objectum denominatur contingens ab indifferentia causae, quia antequam effectum illum ponret, nihil erat quod ipsam necessitaret ad illum effectum ponendum; & haec vocatur suppositio antecedens: Ex supposito autem quod causa se liberè determinet ad illum effectum ponendum: effectus non est amplius in se indifferens ad esse, vel non esse; quia alias dum est, non esset; quod repugnat. Effectus

104. *De futuris contingentibus datar &c.*
ergo liberè positus, tunc cùm existentiam
habet, existit necessariò: sed necessitate,
consequente liberam determinationem cau-
sæ; non antecedente. si enim aliquid cau-
sam necessitatæ ad effectum ponendum,
eō ipso libera non suillet. Necessitas conse-
quens tenet se ex parte ipsiusmet effectus
& actus secundi: adeoque non tollit liber-
tatem causæ, sed illam supponit; estque a.
Etuale exercitium libertatis. Sic Petrus, ex
supposito quod liberè sedeat, non potest non
sedere, ex necessitate consequente ad libe-
ram determinationem. Necessitas antecedens
tenet se ex parte causæ, seu actus primi,
cùmque determinat. Unde hæc
sola obesse potest li-
bertati.



THE-

105.

THESIS XVI.
Tota quandoq; legitimè con-
cludendi virtus, in unico Ante-
cedente continetur.

*Colligitur ex Arist. l. prior. C. 1. & 2.
D. Th. ibid. P. Sebastia. Isquierdo
in Pharo Scient. disp. 2. q. 2.
divis. 1. & 8.*

Prob:rat: Ideo potest ex duabus præ-
missis immediate legitima ac infallibili-
lis conclusio inferri; quia conclusio
virtualiter & adæquatè continetur in præ-
missis, & quia adest principium aliquod lu-
mine naturali notum (: quæcumque sunt ea-
dem uni tertio:) &c. quod intellectum de-
terminat ad inferendam conclusionem. At-
qui etiam unica propositio, potest virtualiter
& adæquatè continere veritatem conclusio-
nis; & adest aliquod principium lumine na-
turali notum, quod intellectum sufficenter
determinat ad inferendam conclusionem.
ergo etiam ex unica propositione, potest im-
mediate legitima inferri conclusio. Minor
patet quoad 1. part: in descensu Logico;
omnis homo est animal; ergo aliquis homo est

E 5

ani-

animal, &c. Item in Conversione e; g: nullus lapis est homo, ergo nullus homo est lapis, &c. Min. 2. pars, etiam manifesta est: quia illud principium (: dictum de omni dictum de aliquo :) est lumine naturali notum ; ergo &c.

Obijc. Primò. Quando propositio subalterna seu particularis, infertur ex subalterante seu universalis, necessariò subintelligitur aliqua minor subsumenda, e. g. dum infero: omnis homo est animal, ergo aliquis homo est animal, tunc sub intelligitur haec: Atqui aliquis homo est homo: ergo nunquam datur enthymema in mente. R. N. Ant. quia sic medius terminus directè & expressè intraret conclusionem; quod est contra regulas boni syllogismi. Imò in allegato discursu sunt tantum duo termini; Atqui ad bonum syllogismum ex summulis requiruntur tres termini; ergo &c. Maj. prob. quia si essent tres termini, essent isti: omnis homo: aliquis homo: animal. Atqui hoc dici nequit, quia alias syllogismi, in DArII, DAtI, bArA-LIpt: dArAptI &c. haberent, quatuor terminos; quia etiam habent diversum syncategorema. Certum autem est quòd syncategorema diversum; non variet terminos syllogisticos, ut constat ex summulis.

Obijc. Secundò. Illud principium: dictum

etum de omni &c. Subit vicem tertiae propositionis; ergo necdum datur enthymema in mente. R. N. A. Quia in syllogismo illud principium: Quæcunque sunt eadem uniterio &c. non est quarta præmissa, & tamen æquè est directivum syllogismi ac istud enthymematis: dictum de omni &c. ergo nec istud est tertia propositio.

Obijc. Tertiò. Omnis infallibilis discrus debet regulari immediatè hoc principio: Quæcunque sunt eadem uni tertio &c. Atqui in unica propositione, non possunt duo extrema ostendi esse eadem uni tertio: ergo nec infallibiliter potest concludi, quòd sint eadem inter se. R. D. Maj. Omnis infallibilis discrus syllogisticus, qui constat tribus terminis C. Maj. omnis absolute infallibilis discrus, etiā enthymematicus, qui constat duobus terminis N. Maj. Enthymema regulatur immediatè hoc principio: dictum de omni, dictum de aliquo &c. & regulis pro conversione datis, quæ fundantur in hoc principio; impossibile est simul esse & non esse.

Obijc. Quartò. Intellectus cuicunque conclusioni infallibiliter assentiens; debet habere rationem, cur judicet duo identificari inter se. Atqui non potest habere aliam rationem infallibilem, nisi hanc: quia in præmissis concessit ea identificari uni tertio; ergo

&c. Ergo non datur infallibilitas in' discursu enthymematico. Ex N. Min. Quia ratio extrinseca assensus potest esse hoc principium: dictum de omni, dictum de aliquo &c. Ratio intrinseca potest esse antecedens concessum: in quo virtualiter & implicitè continetur veritas consequentis. Scit etenim Intellectus bene dispositus, quod si concessa e. g. propositione universalis negaret particularē sub universalī contentam, cogeretur admittere duas contrarias, & consequenter duas contradictorias esse simul veras. Si enim concesso antecedente e. g. omnis homo est animal; negaret hanc consequentiam, ergo aliquis homo est animal; immediatē congeretur concedere ejus conclusionis contradictoriam; nullus homo est animal. Atqui ex supposito concedit etiam quod omnis homo sit animal; ergo concederet duas contrarias simul esse veras.

Obijc. Quintō. Malē in fero: omnis homo est animal; ergo Petrus est animal, nisi subintelligatur hæc minor: Sed Petrus est homo; ergo etiam malē infertur, quod aliquis homo sit animal, nisi ejusmodi minor subintelligatur; ergo &c. Ex T. A. N. C. dispa. est: quia ly aliquis homo immediate continetur sub ly omnis homo; cùm sit immediata illius subalternata. At vero Petrus non conti-

netur


netur immediatē sub ly omnis homo; mediat enim hæc suppositio, quod Petrus sit homo. Quia si Petrus esset angelus non contineretur sub illa universalī, ergo Petrus est Categoricalē diversus terminus ab illo. Ergo in primo enthymemate sunt tres termini: in secundo tantum duo.

Obijc. Sextō. Ly ergo conclusio p̄fixum, significat: ideo hæc concedi eadem esse inter se; quia concessa fuerant eadem esse uni tertio; ergo &c. Ex D. Ant. In Enthymemate N. Ant. in syllogismo trium terminorum C. Ant. In Enthymemate ly ergo, habet hunc sensum: ideo in conclusione concedi duo esse idem inter se; quia e. g. hæc veritas particularis, adæquatē virtualiter continebatur in veritate concessi antecedentis, licet in antecedenti non fuerit formaliter expressa; & ita clare proposita, sicut propunitur in consequenti. Adeoque infertur idem diversimodè acceptum, ex eodem diversimodè accepto.

Vrgeb: Hinc sequeretur, intellectum necessariō semper inferre conclusionem particularem, quotiescumque concessit antecedens universale. Atqui hoc est contra experientiam; ergo. Sequela Maj. prob. Præmissa, quæ adæquatē, continent veritatem conclusionis necessitant ad conclusionem; quia in-

tellectus est potentia necessaria, adeoque habitis omnibus ad agendum requisitis necessariò operatur. Ex. N. sequelam ad probatio: D. Ant. si intellectus sufficienter apprehendat bonitatem consequentiae C. Ant. si non sufficienter apprehendat N. Ant. Intellectus autem s̄æpe non apprehendit sufficienter bonitatem consequentiae; vel quia distractitur in alia objecta: vel quia non satis penetrat vim antecedentis, & illius principij: dictum de omni, dictum de aliquo &c.

Obijc. Septimò. In omni bono discursu, debet unum inferri ex alio. Ergo saltē unus terminus debet esse in præmissis, qui non sit in consequenti. aliás idem inferretur ex eodem; ergo in omni bono discursu requiruntur tres termini. Ex. D. Ant. debet unum inferri ex alio quoadmodum significandi C. Ant. ex alio quod rem significatam N. Ant. Ratione ratiocinante aliud est: quod in antecedenti proponitur virtualiter, implicitè & obscurius, ab eo, quod in consequenti proponeatur formaliter, explicitè & clarius.



THESES XVII.

Essentiam syllogismi intrinsecè solùm constituunt tres propositiones, in bona forma, & modo, dispositæ ac coordinatæ.

Colligitur ex 3. prior. C. i. item 1. Topi. C. i. D. Th. ibid. PP. Conimbric. in l. prior. C. i. q. 2. a. 2.

Prob. rat. Syllogismus est artefactum Logicum; omne autem artefactum in eo formaliter consistit, quod fit ex directione sūæ artis, ut patet inductione omnium artium. E. g. imago formaliter consistit in eō quod facta sit juxta directionem artis pictoriae &c. Atqui Logica docendo facere syllogismum, plus non docet, quam tres propositiones in legitima forma & modo disponere ac coordinare; ut patet inductione omnium præceptorum in summulis traditorum; ergo &c.

Confirm: & explicatur. In eodem formaliter consistit artificium Logicum syllogismi, quod ex directione artis Logicæ fit. ut certum est ab inductione omnium aliarum artium. Atqui sola dispositio & combinatio medij.

medij termini eum extremis; extremonum, que inter se: fit ex directione artis Logicæ; ergo totum artificium syllogisticum formaliter consistit in debita combinatione medij termini cum extremis, & eorundem extremonum inter se. ergo, &c.

Obijc. Primò. Præmissæ illuminant Intellectum: in ordine ad conclusionem in genere causæ formalis. Atqui nulla causa formalis communicat subjecto suum formalem effectum primarium, nisi illi uniatur; ergo &c. Ergo ut dependeat conclusio à præmissis requiritur unio Physica præmissarum ad eundem intellectum: neque enim esset syllogismus, si major in capite Petri, minor in cibro Pauli foret. Rz. D. Min. nisi illi uniatur per unionem ipsi causæ formalí identificatam C. Min. nisi uniatur per unionem à causa formalí distinctam N. Min. Dist. simi. Cons. & N. Con. Actus intentionales, uniuntur se ipsis intellectui, à quo producuntur. Cæterum, si tres actus ponerentur in diversis capitibus; essent actus disparati, independentes à se, neque ullus illorum esset formaliter Major, aut Minor, aut conclusio, quia major & minor, quâ talis; conclusio quâ talis; non sunt actus Intellectus quomodo cunque, sed sunt actus dispositi in eodem intellectu juxta regulam artis Logicæ, adeoque dicunt ordinem ad se invicem.

Obijc.

Obijc. Secundò. Si Major esset Romæ, Minor Pragæ &c. non esset syllogismus, ergo requiritur cubicatio, seu coëxistentia præmissarum in eodem loco. alias conclusio non dependebit à præmissis. Rz. D. Cons. Ergo requiritur cubicatio ut conditio T. Cons. ut pars syllogismi essentialis N. Cons. Dixi transcat: ideo enim tali casu non esset syllogismus quia non esset dispositio præmissarum in eodem Intellectu juxta regulas Logicæ. Porro, cùm cognitiones sint entia spiritualia; per se, & ratione sui non exigunt esse in loco, sed dicuntur esse in loco per accidens: ratione illuminis hominis, qui est in loco.

Obijc. Tertiò. Si idem Petrus poneretur Romæ, & ibi haberet Maj. Pragæ verò haberet præmissam alteram, necdum esset syllogismus. Ergo adhuc requiritur cubicatio præmissarum. Rz. T. quòd casus sit possibilis. Sed quæro: suntne illæ tres cognitiones reæ coordinatae juxta regulam Logicæ; vel non sunt: si ita; dico illas simul in eodem Intellectu sumptas, esse syllogismum, licet loco inter se discent. Quia per se, & ratione sui sunt ab omni loco independentes, cùm spirituales sint. si non coordinatae; dico non esse syllogismum defectu coordinationis juxta Regulas Logicæ: non verò defectu cubicationis.

Urge

Urgebis : Ergo saltem regula Logicæ insuper requiritur ad syllogismum. Rz. D. illatum: ut connotatum extrinsecum Conc. Illat. ut pars intrinsecè constituens syllogismum N. Illat. Regula artis non est pars essentialis aliorum artefactorum , ergo nec artefacti Logici.

Obijc. Quartò. Si Petrus hodie habeat Maj. etras mino. &c. non erit syllogismus. Ergo requiritur conduratio , seu coëxistentia præmissarum eodem tempore. Rz. Iterum ut conditio T. Cons. ut pars syllogismi N.C. dixi transfeat ; quia res spirituales utpote indivisibiles, per se, & ratione sui tam parum possunt commensurari temporis, quam loco, nam tempus & locus sunt entia divisibilia. Adeoque solis corporeis, convenit commensurari loco, aut tempori.

Deinde : tempus & locus non possunt considerari respectu cognitionum , in quantum sunt aliquid secundò intentionale seu artificium Logicum. Nam ad hoc se tempus & locus prorsus habent per accidens. Summum igitur dici posset , quod cognitiones considerentur cum respectu ad locum & tempus : prout illæ sunt entia physica, in quibus fundatur secunda intentio. Entia enim Physica sunt fundamentum denominationis secundò intentionalis aut moralis. Denique :

si in

si in proposito objectionis casu, actus illi à se invicem , debito artis ordine dependent, omnino esset syllogismus.

Obijc. Quintò. Nisi Deus visis præmissis velit concurrere ad conclusionem, nunquam sequetur conclusio. Ergo etiam requiritur Decretum DEI. Rz. Denique ut conditio T. ut pars syllogismi N.C. quia alias Dominus Deus esset pars intrinsecè constituens syllogismum. Nam decretum Dei est ipse Deus. ex hoc usque dictis,

Infer Primò. Conclusionem quā talem, per suam essentiam pendere à præmissa una vel pluribus; item Minorem quā talem à Majo. Quia minor est essentialiter actus reflexus supra Majorem. Consequentia supra præmissas. Atqui actus reflexus per essentiam suam dependet ab eo, supra quod reflectit &c. Minor itaque reflexè dicit: idem tertium (: seu medium terminum :) identificari ; cum altero extremo : quod tertium identificabatur in majore uno extremo. Et hæc reflexio significatur per ly sed, atqui &c. Conclusio etiam per ly ergo significat, ideo extrema esse idem inter se, quia in præmissis ostensum est, quod sint eadem unius tertio, seu medio termino, ergo etiam conclusio essentialiter reflectit supra præmissas.

Infer Secundò. Quod materia syllogismi, sint

sint tres actus ; forma vero dispositio eorumdem actuum juxta regulas Logicæ. Tota deinde syllogismi essentia non plus involvit , quam tres actus , secundum artem Logicam debite dispositos acoordinatos.

Infer. Tertiò. Decretum DEI non esse formalem ac specialem dependentiam consequiæ à præmissis. Neque enim syllogismus aliter requirit decretum DEI : quam quæcunque creatura alia ad sui existentiam.

THESES XVIII.

Conclusio Formalis reflexè attingit objectum præmissarum.

Colligitur ex Arist. 1. post. C. i. D. Th. q. 22. de Verit. a. 14. ad 3. & 1. 2. q. 8. a. 2. PP. Coniung. in C. 1. de præcog. q. 4. a. 5.

P. Arriaga disp. 15. Log. 5. 4.

subf. 2.

Prob. ratio: Omnis actus tam voluntatis quam Intellectus accipit suam denominationem specificam ac intrinsecam à suo motivo, seu objecto formalis ; ergo omnis actus tam Voluntatis, quam Intellectus tangit intrinsecè suum motivum & objectum formale. Atqui objectum præmissarum est motivum ac objectum formale con-

clu-

clusionis formalis ; ergo conclusio formalis intrinsecè ac reflexè attingit objectum præmissarum. Sub. prob. syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis aliud necessariò sequitur eò, quod hæc sunt; seu quia est objectum præmissarum , ergo objectum præmissarum est motivum conclusionis ; ergo &c.

Confir. & declaratur: Intellectus ad assensum Conclusionis movetur ab objecto præmissarum. Ideo enim in syllogismo assentitur: duo esse idem inter se, quia sunt eadem unum tertio. Ergo motivum conclusionis formalis est objectum præmissarum. Atqui motivum reflexè & intrinsecè attingitur ab eo actu, cuius est motivum: quia propter quod unum quodque tale, & illud magis, ut afferit axioma ; ergo &c. Sic quia voluntas attingit media propter finem ; attingit magis ipsum finem.

Confirm. Secundò. Cognitio discursiva ejus naturæ est, ut non solum tendat in conclusionem, in quantum vera est; (hoc enim cuilibet assensui competit:) Sed in quantum vera est propter aliud , ergo necessariò attingit illud aliud: assentitur enim propter aliud, in quantum ex eo videt conclusionis veritatem pendere.

Confirm. Tertiò. Assensus conclusionis ten-

tendit in ejus veritatem, eo modo; quo veritas est in conclusione: alioquin non esset verus: sed Veritas est in conclusione dependenter à præmissis, ut constat ex i. poster. C. ergo assensus non tendit in solam conclusionem: sed tendit quoque in objectum præmissarum. Sic ostendimus unum relatum non cognosci, quin cognoscatur ejus correlativum; quia ab eo in suo esse dependet.

Obijc. Primò. Experientia constat, quod in assensu conclusionis non dicamus istum actum: ideo concedo ista duo esse idem inter se, quia in præmissis ostensum est, illa esse eadem unius tertio. Ergo conclusio non reflectit supra præmissas objectivas. R. Cum actus Intellectus sint spirituales, insensibiles, ac celerrimi; multos intervenire, qui effugiant nostram experientiam. Quoad res spirituales, plus evincit ratio, quam experientia. D. tamen C. non reflectit semper expressè & explicitè C. C. non reflectit saltè virtualiter & implicitè N. C. Per ipsum ly ergo significatur hæc reflexio, licet ipsos assensus præmissarum expressè non repeatat.

Obijc. Secundò. Si conclusio reflectere supra præmissas objectivas: tunc medium terminus ingredieretur conclusionem. Atqui hoc est contra leges Dialecticæ, ergo &c.

R. Dist. Maj. ingredieretur ut connotatum

C. Maj.

C. Maj. ut pars conclusionis N. Maj. conclusio essentialiter respicit objectum præmissarum ut probatum est. Adeoque etiam respicit essentialiter medium terminum. Conclusio ergo reflexè attingit medium terminum extremis identificatum; velut motivum: non tamen tendit in medium terminum directè tanquam in objectum materiales, quod solum vetat Dialectica.

Obijc: Tertiò. Hinc sequitur, quod non possim recordari conclusionis, quin simul recorder præmissarum. Atqui hoc non est universaliter verum; ergo &c. R. Dist. Seqv. Maj. quod non possim recordari conclusionis quæ talis, quin simul recorder præmissarum objectivarum Con. Seqv. quod non recorder conclusionis, quæ talis est, seu conclusionis materialiter sumptæ N. Seqv. D. Similiter Min. & N. C.

Obijc. Quartò. Indidem sequitur: quod Intellectus semper bis assentiatur objecto præmissarum: Atqui hoc est superfluum; ergo &c. R. D. Maj. Sequitur quod bis assentiatur sub diversa ratione & diversimodè C. seque. Sub eadem ratione & eodem modo N. seque. Intellectus Primò assentitur præmissis indirectè prout secundum se habent aliquam veritatem. Secundò assentitur illis

te-

reflexè in quantum sunt ratio, motivum & causa conclusionis.


Urgebis: Adhuc sequitur, quod conclusio contineat totam, perfectionem præmissarum: & quod præmissæ sint superflua: denique quod tota essentia syllogismi consistat in sola conclusione. *Ez. N.* omnes sequelas, quia licet conclusio intrinsecè & reflexè attingat objectum præmissatum: attamen conclusio intrinsecè & formaliter non involvit præmissas ut sui partes sed tantum essentialiter respicit objectum præmissarum velut motu.

Obijc. Quintò. Post assensum præmissis datum exeat apprehensio de sola identitate duorum inter se, nec sit reflexio supra identitatem duorum cum uno tertio; ergo &c. *Ez. D.* Ant. si sit assensus pure judicatus; sitque ad objectum conclusionis simpli- citer C. A. si sit assensus discursivus; & conclusio qua talis seu assensus datus ex motivo conclusionis N. Ant. & C. Ipsum ly ergo, cum sit reflexivum; Satis ostendit, quod Intellec- tus conclusioni in syllogismo assentiatur propter identitatem duorum cum uno ter- tio.

Obijc. Sextò. Ex præmissis falsis nonnunquam sequitur vera conclusio; ut fert axioma Dialecticæ. Ergo motivum conclusionis, nobis est

est objectum præmissarum. Cons. prob. Si objectum præmissarum foret motivum conclusionis, tunc conclusio affirmaret objectum præmissarum. Adeoque ex præmissis falsis semper falsa esset conclusio. *Ez.* Explico axioma: Sequitur nonnunquam vera id est bona conclusio, vi formæ C. Ant. vera, id est conformis objecto, vi materiae N. Ant. & N. C. Item: ex præmissis falsis nonnunquam sequitur conclusio vera materialis quæ seorsim & secundum se sit vera independenter ab ulla præmissis.

Obijc: Septimò. Interdum præmissarum una est affirmativa: altera est negativa, una est universalis, altera particularis &c. Ergo si conclusio reflectit supra objectum præmissarum; erit interdum simul universalis & particularis, affirmativa & negativa. *N.* C. reflectit enim conclusio supra præmissas ut connotatum, non vero ut partem sui in- trinsecè constituti- vam.



THESIS XIX.

Posito assensu præmissarum,
etiam probabilitum, Intellexus be-
ne dispositus conclusioni quâ tali nec
dissentire potest; nec assen-
sum omittere.

*Ita Arist. r. poster. C. I. & I. Topic. I.
D. Th. I. p. q. 82. a. 2. & I. 2. q. 13. a. 6.
apud PP. Coimbr. in l. poster. C. de præcognit.
q. 4. a. 4. P. Compt. D. 47.*

Logi. S. 8.

Quod Intellectus necessitetur ad spe-
ciam, ut negare conclusionem ne-
queat : Prob. ratio: Eō ipso, quod
Intellectus concedat præmissas; in actu ex-
ercito assentitur identitati duorum inter se,
quia assentitur identitati eorum cum uno
tertio. Ergo, si negaret conclusionem in bona
forma, eidem objecto simul assentiret &
dissentiret; simûlque judicaret eadem duo
esse idem inter se, & non esse idem inter se; et
ego idem judicaret simul esse, & non esse;
quod repugnat primo lumini rationis.

Confirm. Non potest Intellectus assentiri
& affirmare illud, quod ei proponitur evi-
dencie.

123

denter falsum. Nec potest dissentire & negare, quod illi proponitur evidenter verum. At qui concessis præmissis proponitur objectum conclusionis evidenter verum: & ejus oppositum evidenter falsum; quia lumine naturæ notum est: quæcunque sunt eadem uniter &c. Ergo non potest negare conclusionem. Ergo necessitatibus quoad speciem.

Idem est de probabilibus, quia etiam concessis praemissis probabilibus. Intellexus virtualiter concedit conclusionem. Ergo si negaret conclusionem, judicaret probabiliter duo esse & non esse eadem inter se; quod implicat.

Quod Intellectus slante assensu præmissorum evidentium, necessitetur etiam quoad exercitium; ut assensum conclusionis nequeat omittere, probatur: quia causa necessaria habitis omnibus ad agendum requisitis, necessariò agit. Atqui Intellectus est potentia necessaria; & posito assensu præmissorum, habet omnia requisita ad inferendam conclusionem; ergo illam infert necessariò; ergo non potest illam omittere; ergo &c.

Confirm. Quando objectum evidenter proponitur Intellectui bene disposito; per se, necessariò elicit cognitionem non minus quam oculus bene dispositus objecti vicini visionem. Atqui dato assensu præmissarum

evidentium, quo judicavit evidenter duo esse eadem uni tertio; proponitur illi evidenter identitas illorum inter se; ergo &c.

Denique quod ritè penetratis & concessis præmissis etiam probabilibus, intellectus necessitetur ad assensum, quo judicet: eadem extrema probabiliter esse idem inter se, quæ stante assensu præmissarum, judicat probabiliter esse eadem uni tertio: Probatur: quia Intellectus, potentia per se & intrinsecè necessaria etiam posito assensu præmissarum probabilium habet omnia ad assensum conclusionis probabilem requisita; ergo pariter necessitatur ad eliciendum probabilem assensum conclusionis.

Confirm. Primò: Eadem est forma syllogistica in syllogismo probabili, quæ est in demonstrativo. Ergo si necessitatur vi formæ Syllogisticæ in Syllogismo demonstrativo: etiam per eandem formam necessitabitur in Syllogismo probabili.

Confirm: Secundò. Evidens est Intellectui, quod (: saltē in creatis:) eodem modo sint duo eadem inter se, quomodo sunt eadem uni tertio. Ergo evidens est Intellectui, quod duo sint probabiliter eadem inter se: quæ judicat esse probabiliter eadem uni tertio.

Confirm. Tertiò. Ideo necessitatur Intellectus

lectus ad exercitium in syllogismo demonstrativo vi formæ: quia videt se dicturum idem explicitè & formaliter in assensu conclusionis, quod virtualiter ac implicitè dixerat in assensu præmissarum. Atqui idem videt in Syllogismo probabili vi illius principij: quæcunque sunt eadem uni tertio &c. ergo &c.

Obijc. Primò. Multi in bona forma negant conclusionem; ergo &c. R. Diff. Ant. dum non penetrant vim formæ Syllogisticae Con: Ant. dum penetrant N. A. & C.

Obijc. Secundò. Potesit Intellectui occurrere potentius motivum in oppositum; ergo tunc non necessitabitur. R. Vel occurret antè assensum præmissarum; & hunc impedit. Thesis verò concludit: Intellectum posito assensu præmissarum necessitari. Vel occurret jam posito assensu præmissarum, & tunc vel urgebit ut Intellectus assensum datum revocet; vel impedit præcisè assensum conclusionis certum & absolutum, non probabilem. Quia potest in unam partem trahere motivum probabile, & in alteram magis probabile.

Obijc: Tertiò. Intellectus est subjectus voluntati tanquam Reginæ potentiarum. Ergo voluntas potest Intellectum cohibere eti-

am posito assensu præmissarum. *R. Dist.*
Ant. est subjectus politicè & in bonum suum
C. Ant. despotice & in malum suum *N. Ant.*
 & *C.* Assensus ad verum evidenter propositum, est quoddam bonum Intellectus; quia
 est possessio veritatis. Et assensus ad falsum
 quâ tale, evidenter propositum, est malum
 Intellectus: ergo &c.

Obijc. Quartò. Nemo tenetur bis assen-
 tiri eidem objecto; Atqui idem objectum est
 præmissarum & Conclusionis, ergo. *R.*
Dist. *Maj.* Eadem objecto eodem modo pro-
 posito *Conc.* *Maj.* eidem objecto diversimo-
 dè proposito *N. Maj.* In præmissis non al-
 sentitur explicitè & formaliter identitati
 duorum inter se; sed tantum implicitè ac vir-
 tualiter.

Obijc. Quintò. Sic se habet Intellectus ad
 verum sicut voluntas ad bonum: sed vo-
 luntas potest ferri vel non ferri in bonum
 creatum; ergo & Intellectus in verum. *R.*
Dist. *Maj.* sic se habet quoad aliqua *C. Maj.*
 quoad omnia *N. Maj.* & *N. C.* sicut volun-
 tas non potest ferri extra rationem boni, quia
 est limitata ad bonum, tanquam objectum
 sibi proprium; ita Intellectus non potest fer-
 ri extra rationem veri. Voluntas tamen est
 potentia libera, intellectus necessaria; Ergo
 habitus omnibus ad agendum requisitus, potest

voluntas operationem omittere; Intellectus
 non potest

Obijc. Sextò. Intellectus non necessitatatur
 nisi ad veritatem evidenter apparentem.
 Atqui in syllogismo probabili Veritas con-
 clusionis non apparet evidens; ergo &c.
Min. prob. Conclusio syllogismi probabilis
 est tantum probabiliter vera. Nam sic est verū
 quod duo sint idem inter se: sicut verum est
 quod sint eadem uni tertio; ergo tantum
 probabiliter verum est, quod sint idem inter
 se, ergo &c. *R. Dist.* *Min.* Veritas conclusio-
 nis non apparet evidens simpliciter *C. Min.*
 non apparet evidens ex supposito, quod
 præmissæ sint veræ *N. Min.* unde distinguo
 aliter: non est evidens evidentiæ Consequen-
 tis *C. Min.* non est evidens evidentiæ Conse-
 quentiæ *N. Min.* Hoc est: conclusio proba-
 bilis non est evidens materialiter & vi mate-
 riae: est tamen evidens formaliter & vi for-
 mæ. Quia evidens est Intellectui: quod duo,
 eo modo sint idem inter se: quo modo sunt
 eadem uni tertio. Adeoque si judicat illa duo
 esse probabiliter eadem uni tertio (ut fit in
 assensu præmissarum) jam evidens est Intel-
 lectui, quod etiam probabiliter sint idem in-
 ter se. Ac proinde licet ipsum consequens non
 sit evidens in bono tamen syllogismo, con-
 sequentia est semper evidens.

Urgebis; Consequentia non est evidens, nisi Intellectus apprehendat illam esse evidenter. Atqui conclusionis probabilis Veritatem, Intellectus non apprehendit esse evidenter; ergo &c. Rz. N. Min. Quia vi præmissarum concessarum excitatur in Intellectu apprehensio evidens de identitate probabili duorum inter se; quæ in præmissis concesserat esse probabiliter eadem unius tertio; & ratione hujus apprehensionis representantis consequentiam seu evidentiam sequelæ necessitatut Intellectus ad assensum conclusionis.

Repl: Infimum supremi superat supremum infimi; nec effectus potest esse perfectior suâ causâ; ergo vi præmissarum probabilium non potest excitari apprehensio evidens; quia omnis evidencia est præstator probabilitate; ergo præmissæ probabiles non possunt esse principium apprehensionis evidentes. Rz. D. 2. partem Antece. effectus non potest esse perfectior suâ causâ adæquata C. Ant. inadæquatâ N. Ant. & N. Cons. Quia licet præmissæ probabiles secundum se. solæ, non possint produce, re ejusmodi apprehensionem evidenter; at-tamen cum Intellectus sit instructus illo principio boni syllogismi regulativo (: quod duo sint eo modo eadem unius tertio, quomodo sunt idem inter se :) jam causa adæquata ha-


bet


bet Virtutem productivam ejusmodi apprehensionis evidenter.

Obijc. Septimò: Qui concedit præmissas probabiles, concedit illas cum formidine, ne forte sint absolutè falsæ. Ergo etiam eum similis formidine concedet conclusionem Rz. D.C. concedet cum simili formidine conclusionem materialem, seu consequens; quod tantum est probabile, T.C. conclusionem formalem, seu consequentiam; quæ simul est evidens, N.C.

Instabis: in assensu præmissarum probabiliū dependet Intellectus ab Imperio voluntatis; ergo etiam in assensu conclusionis. Rz. N.C. Quia assensum præmissarum non præcedit evidens apprehensio; identitatis cum uno tertio: sicut posito assensu præmissarum oritur evidens apprehensio identitatis eorumdem inter se. Deinde eō ipso quod Voluntas imperat assensum præmissarum: virtualiter & implicitè imperat assensum conclusio-

nis: ergo nullo novo imperio opus est, à quo Intellectus dependent.





THESIS XX.

Opinio, si non formidet, stat
cum scientia : non stat, si
formidat.

*Primum colligitur ex 7. Ethic. C.3. D.
Th. 3. p. q. 2. a. 3. ad 2. PP. Conimbr. in C.
ulti. l. poster. q. 2. a. 2. P. Arriaga D. ulti.*

Log. S. ult.

*Secundum patet ex I. post. C. ult. D. Th.
22. q. I. a. 5. Esparza l. 6. Theo. q. 23.
a. 3. P. Sylvester Mauro q. 69.*

Log. p. 745.

PArriaga, P. Comptonus, P. Telles multique alijs præclari AA. docent de essentia opinionis non esse, ut reddat intellectum positive incertum : & in omnibus circumstantia fluctuantem ac formidolosum de connexione motivi cum objecto materiali. Adeoque docent, quod licet opinio non det intellectui certitudinem ac infallibilitatem : non tamen eam expellat; neque sit forma incompossibilis cum certitudine ac infallibilitate. Sic licet filum tenue hominem non firmiter palo alliget: non impedit tamen

tamen quo minus, is possit præterea, illi palo catenâ ferreâ alligari. Quia universim ut formæ sint in compoſſibiles, non satis est, quod communicent subiecto effectus formales diversos; sed insuper requiritur ut communicent effectus formales oppositos, vi quorum seſe à subiecto depellant.

Unde ulterius dicunt: quod opinio habeat quidem essentialiter annexam formidinem aptitudinalem, hoc est impotentiam certificandi Intellectum; non tamen essentialiter reddit Intellectum actu dubium, fluctuantem, ac formidolosum de veritate opposita.

Deducunt ex Arist. 7. Ethic. c. 3. ubi assertit multos per opinionem æquè firmiter adhærere objecto, ac illi qui sciunt. Confirmat id ipsum Arist. exemplo Heracliti, qui circa ea, quæ opinabatur nihil ambigebat existimans se scire. Et ratio est: quia ut Intellectus simpliciter dissentire possit objecto; non est satis, quod unum motivum sit tam infirmum, ut præcisè vi illius dissentire posset. Sed requiritur etiam ut nullum adsit motivum, vi cuius eidem objecto Intellectus firmiter ac infallibiliter adhæreat. Sic ut homo columnæ alligatus simpliciter possit se resolvare; non satis est, quod unum filum tenue, quo etiam alligatus est possit dissolvi-

re, Sed requiritur ut omne omnino vinculum; quo eidem columnæ alligatus est, dissolvere possit.

Docent denique: Actualem formidinem de opposita veritate in eodem Intellectu componi posse cum opinione sola, quando nempe Intellectus solum habet motivum probabile; si vero etiam adsit motivum aliud evidens ac infallibile, vi cuius eidem objecto Intellectus simul scientificè adhæreat; tunc ajunt formidinem actualem cum opinione componi non posse. Et vero patet hoc in formis alijs propemodum infinitis, quæ subiecto inesse possunt seorsim, in sensu diverso formæ oppositæ; non tamen in sensu composito formæ contrariae, tunc objecto in hærentis.

Dico igitur Primò. Si de ratione ac essentia opinionis non est, ex modo tendendi in motivum probabile, facere Intellectum formidantem, ac positivè incertum: tunc possit actus opinionis simul stare, cum actu scientiæ de eodem objecto materiali. Prob: quia ex hoc supposito, isti duo actus, non communicarent Intellectui effectus oppositos & se invicem excludentes. Nec enim faciunt Intellectum trepidum & intrepidum: certum ac incertum &c. Ergo ex nullo capite est res pugnantia.

Dico

Dico Secundò. Si de essentia opinionis est, ita fallibiliter ac incertè in suum motivum tendere: ut ex ipso modo tendendi Intellectus fluctuet ac timeat, nè objectum se aliter habeat; tunc implicat ut in eodem Intellectu componatur actus opinionis actu scientiæ de eodem objecto materiali. Prob: quia in hoc supposito duo actus alter scientiæ, alter opinionis quæ talis; involvunt oppositionem contradictoriam; ergo &c. Ant. prob. per actum enim scientiæ judicaret Intellectus, illud objectum non posse se aliter habere, per actum opinionis judicaret: idem objectum posse se aliter habere; ergo involverentur contradictiones. sed ut categorice controversia decidatur;

Dico Tertiò. Probabilius videtur implicare ut in eodem Intellectu simul detur unus actus Opinionis & alter Scientiæ de eodem objecto.

Prob. Primò. Quia Arist. toto capite ultimo i. poster. ex professo; & D. Th. 22. q. I. art. 5. ad 4. Item i. s. q. 67. a. 3. Atque alias frequentissimèclarè ac disertè probant: quod opinionis actus non possit componi cum actu scientiæ; eò quod de essentia ac ratione opinionis sit, vi sui modi tendendi, reddere Intellectum fluctuantem ac formidolosum, nè fortè objectum aliter se habe-

F 7

habeat. Et assignant sæpius eum tendendi modum trepidum ac formidolosum pro differentia specificativa opinionis; per quam opinio essentialiter differat, ab assensu Scientifico, Fidei Divinæ &c. ergo formido actualis videtur esse inseparabilis ab actu opinionis quâ talis.

Prob. Secundò. Quia nihil est assignabile, quod refringat ac separet formidinem illam, quâ actus opinionis ex natura sua fluctuat, ac metuit, nè fortè objectum se aliter habeat. Nam vel motivum infallibile certum ac evidens, quod influit in actum scientiæ; simul etiam influit in actum opinionis; vel non influit; si influit? ergo actus ille non est formaliter opinio; quia non nititur solum motivo fallibili. Si non influit; ergo nihil est quod impedit, quò minus opinio quâ talis actu formidet, perinde enim se habet ac si non adesset.

Prob. Tertiò. Quia assensus non potest esse firmior, quam ipsius ratio motiva adæquata. Atqui Intellectus per opinionem actu videt, motivum probabile esse infirmum ac fallibile, ergo etiam ipse assensus quem præbet per actum opinionis; est fluctuans, infirmus ac formidolosus, nè fortè objectum se aliter habeat. Porro sicut repugnat, ut actus nitens motivo infallibili, apparente

ut infallibili sit certus ac infallibilis tantum radicaliter, & non etiam actualiter: ita etiam à potiori implicat ut actus nitens motivo tantum fallibili ut tali, sit incertus solum radicaliter, & non etiam formaliter.

Ratio est quia motivum est causa formalis; adeoque effectus esset perfectior suâ causâ. Contra hæc:

Obijc. Primò. Actus scientiæ & opinionis nituntur diversis medijs seu motivis. Atqui diversitas motivorum tollit oppositionem, ergo &c. R: N. Min. Quia scientia & opinio repugnant sibi propter contrarios effectus formales primarios subiecto communicandos.

Effectus enim formalis scientiæ quâ talis est: reddere Intellectum firmum certum &c. opinionis autem quâ talis est: reddere Intellectum fluctuante, trepidum incertum &c. ut patet ex definitione ab Arist. & D. Th. sæpius tradita.

Quando autem duæ formæ vel actus opponuntur sibi propter effectus formales contrarios subiecto communicandos; tunc in eodem subiecto componi non possunt licet à diversis causis aut medijs procedant.

Hinc error & scientia, assensus & dissensus &c. etiam si ex diversis medijs oriuntur: componi in eodem intellectu circa eandem veritatem

tatem non possunt. Idem est de amore ac odio efficace in eadem voluntate &c. frigore ac calore summo, in eodem subjecto, licet à diversis causis producerentur.

Obijc. Secundò. Quando opinio componitur cum scientia; tunc actus scientificus impedit actualem formidinem opinionis. Ergo Intellectus tunc per opinionem non formidat actu. Rz. N. A. quia scientia non influit in opinionem; ergo tam parum potest impedire illius formidinem; quam si planè non adesset.

Repliç. Scientia, licet non influat in actum opinionis, firmat tamen atque certificat à Intellectum, ut fluctuare non possit; ergo impedit effectum formalem, primarium opinionis, qui est, facere Intellectum fluctuantem; ergo impedit formidinem actualem. Rz. N. suppo. quod Intellectus possit habere actum opinionis quâ talis, si non possit recipere effectum formalem primarium opinionis. Ergo ex hoc ipso repugnat componi actum scientiæ, cum actu opinionis quâ talis: si actus scientiæ tollit effectum formalem primarium ac essentiale opinionis.

Obijc. Tertiò. Quando imperfectum est dispositio ad perfectum potest componi cum perfecto. Atqui opinio (: ut concedit D. Th.

3. p. q. 9. a. 3. ad 2. :) est dispositio ad scientiam, ergo potest componi cum scientia. Rz. Dist. Maj. Quando est dispositio permanens, & ex essentia sua non repugnat perfecto, propter oppositos effectus formales primarios C. Maj. quando est dispositio mere transiens, & ex essentia sua repugnat perfecto, propter oppositos effectus formales primarios N. Maj. D. simi. Min. & N. C. Sic forma ovi est dispositio ad pullum: forma floris in arbore est dispositio ad fructum e. g. pomum &c. & tamen!

Obijc. Quartò. Fides Divina stat cum Scientia; ergo & opinio. Rz. T. A. quod multi Theologi propter obscuritatem essentiae Fidei Divine negant N. C. Disparitas est: quia Fides Divina est assensus firmus ac certus; ergo vi illius non judicaret Intellectus: quod objectum possit se aliter habere: sicut judicat vi opinionis quâ talis.

Obijc. Quintò. Opinio & scientia sunt duo actus positivi, ergo non opponuntur sibi contradictoriè; ergo possunt componi. Rz. Dist. Conf. Ergo non opponuntur sibi contradictoriè formaliter & immediatè C. C. virtualiter & mediatè N. C. actus enim scientiæ positivè judicat objectum non posse se aliter habere, actus opinionis positivè, & per essentiam suam judicat objectum posse

posse aliter se habere. Ergo inferunt contradictionia in eodem objecto: quod simul posset se aliter habere, & non posset se aliter habere.

Obijc. Sextò. Diversitas motivorum tollit hanc oppositionem; ergo &c. A: prob. haec non sunt contradictionia: idem Intellectus formidat quantum est ex parte motivi probabilis: idem Intellectus non formidat quantum est ex parte motivi evidenter. Ergo diversitas motivorum tollit contradictionem. Rx. N. A. ad prob. dico: diversitas motivorum non tollit virtualē contradictionem actuum: si actus in modo tendendi sint essentialiter oppositi, uti de scientia & opinione ex Arist. ac D. Th. dictum est. Ratio est: quia diversitas causarum non impedit oppositionem effectuum, quam iij esse. etus ex essentia sua habent. Alias posset componi amor & odium efficax ejusdem rei: si sensus & dissensus ad eandem veritatem &c. Imò aliás implicaret ominus oppositio actuum. Omnes enim actus oppositi in modo tendendi habent diversa motiva, à quibus specificantur; & per quæ essentialiter differunt. Ergo si diversitas motivorum tollit oppositionem; tunc nullus actus erit alteri oppositus.

Obijc. Septimò. In contradictorijs debet affir-

affirmatio & negativo esse secundūm idem; Atqui hic non sunt secundūm idem motivum; ergo &c. Rx. Dist. Maj. debent esse secundūm idem, id est, secundūm eandem essentiam ac formalitatem C. Maj. secundūm idem motivum N. Maj. implicat ut quis ex eodem motivo dicat: *hec res est*; *hec res non est*. Ergo si sensus axiomatis esset, quod debeant esse secundūm idem motivum implicaret formare ullam contradictionem.

Ratio à priori est: quia cùm omnia judicia specificentur essentialiter à suis motivis; necessarium est, ut actus oppositi procedant ex diversis ac oppositis motivis, ergo implicat ut affirmatio & negatio contradictionia, unquam habeat idem motivum; ergo.


Implicit etiam unus indivisibilis actus, qui solum sit propriè ac formaliter scientia ac opinio. Ratio est quia implicat, ut unus indivisibilis actus possit formidare & non formidare: simul judicet objectum posse se aliter habere, & non posse se aliter habere &c. Atqui unum judicaret ex ratione essentiae scientiæ quæ talis: alterum ex essentia opinionis quæ talis; ergo &c. Potest tamen dari unus actus, qui nitatur motivis pluribus quorum unum est certius aut evidenter altero, ita P. Maurus cit. q. 69. Sed talis actus erit tantum scientiæ, quia omnia motiva coalescent

lescent in unum ; nec actus seorsim attinget singula : sed indivisim simul omnia , dicetque e. g: indivisim impossibile est . ut DEus non existat ; cuius existentiam mihi ratio fudat , demonstratio ostendit , fides tradit &c. Adeoque sic per influxum motivi evidenter ac certi tollitur id , quod opinativa ratio incertitudinis habet ; & relinquitur post eam depurationem , id quod certitudinis habet &c. Probatur : Quia Intellectus potest assentiri ex motivo minus certo ac minus evidente ; ergo à posteriori potest assentiri motivo magis certo ac magis evidenti. Atqui motivum minus certum additum magis certo , facit adhuc magis certum : & minus evidens , quod tamen habet aliquam evidentiā , facit adhuc magis evidens illud cui additur &c: Sicut lux aliqua minor addita majori , ergo &c.

Confirm. Dum Authores probant aliquam conclusionem ; passim aggregant probationes plurimas ; quarum aliquæ plus , aliquæ minus habent certitudinis ac evidentiæ ; ergo &c. Et hic patet solutio ad objectionem illam : si opinioquà talis formidat ; & motivum probabile essentialiter fluctuat ; ergo quò plures accedunt probabilitates , & motiva probabilia , eò magis formidabo ; ero incertus & fluctuabo. Ex. N. Illat. quia motivum

tum probabile non assert novam rationem formidandi dissimilem illi quam priùs habuerat : assert autem novam certitudinem & claritatem , quæ per aggregationem plurimum ita crescere potest , ut evadat usque ad certitudinem , & evidentiam scientificam. Et sic obscuritas ac incertitudo refringitur. in exemplo : narrat mihi unus Romam esse in Italia. Formido ! narrant decem. Adhuc aliquantum formido de opposito. Narrat totus mundus , jani non amplius formido , quia evidens mihi est , quòd tot Viri honorati ; bona conscientia &c. omnes non fallant , & sic firmissime mihi persuadeo dari Romam in Italia ; quia decrevit illa , quæ fuerat obscuritas & incertitudo ; accrexit claritas & certitudo.

A. M. D. G.




Index Thesum Ex Logica.

- Thesis I. Logica est scientia. pag. 1.
 2. Ex fine intrinseco primario practica. 7.
 3. Ut aliæ scientiæ acquirantur perfectè: Artificialis Logica prærequisitur absolute. 11.
 4. Universale extra intellectum quæsiverunt multi: nemo inventit. 13.
 5. Potest essentia perfectè formaliter præscindere à differentijs eam dividentibus. 24.
 6. Per abstractionem formalem perfectam, intellectus universale univocum format. 35.
 7. Cognitio, quæ essentiam secundum se, reflexum in inferioribus comparat: Universale Logicum, seu proximè prædicabile formaliter parat. 39.
 8. Neque universalis essentia immutatur: dum de inferioribus prædicatur. 43.
 9. Quidquid prædicatur universaliter, vel ut Genus, vel ut differentia: vel ut species, vel ut Proprium, vel ut accidens prædicatur. 49.
 10. Species, cuius plura individua implicant, universale Logicum esse nequit: 52.
 III, Pro.

Index Thesum.

11. Predicamentorum decalogo, vel plura, vel pauciora, nec invenit auctoritas: neque ratio adinvenit. 59.
 12. Relatio predicamentalis, terminum non involvit ut partem: sed respicit ut conditionem extrinsecus requisitam. 62.
 13. Voces humanæ articulatæ vim significandi, non habent ex natura sua: habent ex instantiū beneplacito, significant verò tum res ipsas; tum conceptus de rebus. 77.
 14. Aliquæ propositiones de veris possunt mutari in falsis. 86.
 15. De futuris, quæ contingentia sunt; propositiones determinatè vera: & determinatè false esse possunt. 96.
 16. Tota quandoque legitimè concludendi virtus, in unico Antecedente continet. 105.
 17. Essentiam syllogismi intrinsecè solùm constituant tres propositiones, in bona Forma, & modo, dispositæ ac coordinate. 111.
 18. Conclusio formalis reflexè attingit objectum præmissarum. 116.
 19. Posito assensu præmissarum, etiam probabilitum, Intellexus bene dispositus, Conclusio quæ tali nec dissentire potest; nec assensum omittere. 122.
 20. Opinio, si non formidet, stat cum scientia; non stat, si formidet. 130.

F I N I S.



Philosophia Aristotelica
Commentarii Doctrorum Societatis IESU illustrata
Scolasticis questionibus proposta, expedita
P. Joanne Sentilloben Soc: IESU